qu'il a avec lui? Le père ne fait en ce cas que laisser le choix à son fils ; du reste c'est lui-même qui affranchit.

23. *Hermogénien au liv. 1 de l'abrégé du Droit.*

Aujourd'hui l'affranchissement se fait ordinairement par le ministère des licteurs, même sans que le maître parle ; et quoiqu'on ne dise pas les paroles solennelles, elles sont censées dites.

24. *Paul au liv. 2 sur Nératius.*

Un pupille qui est sorti de l'enfance peut affranchir valablement devant le conseil. Note de Paul, pourvu qu'il soit autorisé de son tuteur, et de manière qu'il n'emporte pas son pécule avec lui.

25. *Gaius au liv. 1 des Affranchissemens.*

Si un pupille affranchit un esclave pour s'en faire un tuteur, Fufidius dit que cette cause doit être approuvée. Nerva le fils est d'un sentiment contraire, et avec raison. Car il est absurde qu'un pupille soit regardé comme ayant un jugement assez mûr pour se choisir un tuteur, pendant que dans toute autre affaire il est obligé de se conduire par l'autorité d'un tuteur, comme étant encore d'un jugement trop foible.

TITRE III.

DES AFFRANCHISSEMENS

QUI CONCERNENT

Les esclaves appartenans à des corps.

1. *Ulpian au liv. 5 sur Sabin.*

L'EMPEREUR Marc-Aurèle a accordé la faculté d'affranchir à tous les corps qui ont droit d'assemblée.

2. *Le même au liv. 14 sur Sabin.*

Par cette raison les corps peuvent réclamer la succession légitime de leurs affranchis.

3. *Papinien au liv. 14 des Réponses.*

Un esclave appartenant à un corps, et valablement affranchi, garde son pécule si on ne le lui a pas ôté ; en sorte que si son débiteur le paie, il est libéré.

Tome VI.

nem filio concessit : cæterùm ipse manumittit.

23. *Hermogenianus lib. 1 Juris epitomarum.*

Manumissio per lictores hodie, domino tacente, expediri solet : et verba solemnita licèt non dicantur, ut dicta accipiuntur.

De solemnitate verborum, silentio domini.

24. *Paulus lib. 2 ad Neratium.*

Pupillus qui infans non est, apud consilium rectè manumittit. Paulus : scilicet tutore auctore : ita tamen, ut peculium eum non sequatur.

De pupillo manumittente.

25. *Gaius lib. 1 de Manumissionibus.*

Si tutoris habendi causa pupillum manumittat, probationis esse causam Fufidius ait. Nerva filius contra sentit : quod verius est. Namque perabsurdum est in eligendo tutore firmum videri esse judicium pupilli, cujus in omnibus rebus ut infirmum judicium tutore auctore regitur.

TITULUS III.

DE MANUMISSIONIBUS,

QUE SERVIS

Ad universitatem pertinentibus imponuntur.

1. *Ulpianus lib. 5 ad Sabinum.*

DIVUS Marcus omnibus collegiis quibus coeundi jus est, manumittendi potestatem dedit.

Collegiis licitis servos suos manumittere licet.

2. *Idem lib. 14 ad Sabinum.*

Quare hi quoque legitimam hereditatem liberti vindicabunt.

De hereditate liberti.

3. *Papinianus lib. 14 Responsorum.*

Servus civitatis jure manumissus, non ademptum peculium retinet : ideòque debitor ei solvendo liberatur.

De peculis.

TITULUS IV.

DE MANUMISSIS

TESTAMENTO.

1. *Ulpianus lib. 4 ad Sabinum.*

Si capius li-
berta. detur.

CUM sæpius datur servo libertas, placet eam favore valere, ex qua pervenit ad libertatem.

2. *Idem lib. 5 ad Sabinum.*

Si servus subs-
tituitur et liber
esse jubetur.

Si quis ita heredem instituerit, *Titius heres esto : si Titius heres non erit, Stichus heres esto, Stichus liber esto.* Non esse Stichum liberum Ariston ait, Titio herede existente. Mihi videtur posse dici liberum fore, quasi non utique alio gradu acceperit libertatem, sed dupliciter: quo jure utimur.

3. *Pomponius lib. 1 ad Sabinum.*

De milite mi-
nore viginti an-
nis.

Nec militi minori annis viginti permit-
titur, posse testamento suo servum ma-
numittere.

4. *Idem lib. 2 ad Sabinum.*

Si manumisso
legetur.

Si quis ita scripserit, *Stichus liber esto, eique heres meus decem dato : nulla dubitatio est, quin debeantur ei, etiam si eum paterfamilias vivus manumiserit.*

§. 1. Sed et si sic, *Stichus liber esto, sive statim, sive post tempus : eique cum liber erit, heres meus decem dato : idem dicendum est.*

§. 2. Illud constabit, si libertate data sic fuerit legatum, *Eique, si eum vindicta liberavero, heres meus decem dato : licet ex nimia subtilitate separatum est à testamento, attamen humanitatis intuitu valebit legatum, si vivus eum manumiserit.*

5. *Idem lib. 3 ad Sabinum.*

De scriptura

In libertatibus levissima scriptura spec-

TITRE IV.

DES AFFRANCHISSEMENTS

PAR TESTAMENT.

1. *Ulpien au liv. 4 sur Sabin.*

LORSQUE la liberté a été accordée à un esclave par plusieurs dispositions, on s'attache favorablement à celle qui doit avoir l'effet de le faire parvenir à la liberté.

2. *Le même au liv. 5 sur Sabin.*

Un testateur s'est expliqué ainsi: J'institue pour héritier Titius; si Titius n'est pas mort héritier, j'institue l'esclave Stichus; je donne la liberté à l'esclave Stichus. Ariston est d'avis que si Titius accepte la succession, l'esclave Stichus n'est pas libre. Il me paroît qu'on peut dire qu'il sera libre, parce que la liberté ne lui est pas laissée dans deux degrés différens d'institution, mais qu'elle lui est laissée deux fois et en deux endroits du testament; mon sentiment est approuvé par l'usage.

3. *Pomponius au liv. 1 sur Sabin.*

Il n'est pas permis, même à un militaire mineur de vingt ans, d'affranchir un de ses esclaves par testament.

4. *Le même au liv. 2 sur Sabin.*

Un testateur a écrit: Je donne la liberté à Stichus, et mon héritier lui donnera une somme de dix. Il n'y a pas doute que cette somme lui est due par l'héritier, quand même le père de famille l'auroit affranchi de son vivant.

1. Il faut dire la même chose si le testateur s'est expliqué ainsi: Je donne la liberté à Stichus ou dès à présent ou après un certain temps; et quand il sera libre, mon héritier lui donnera une somme de dix.

2. Si le legs a été fait à l'esclave de cette manière, si j'affranchis tel esclave devant le magistrat, mon héritier lui donnera une somme de dix: quoiqu'à la rigueur ce ne soit pas là un affranchissement par testament, cependant, par humanité, le legs sera dû à l'esclave si son maître l'a affranchi de son vivant.

5. *Le même au liv. 3 sur Sabin.*

Dans la concession des libertés faites par

testament, il faut en cas de doute se décider en faveur des dispositions les plus légères, et on regarde comme telles celles qui contiennent des libertés plus faciles à accorder. Dans les libertés laissées par fideicommissis, on s'attache en cas de doute aux dernières dispositions.

6. *Ulpian au liv. 18 sur Sabin.*

Si le propriétaire d'un esclave institue pour son héritier celui qui a sur cet esclave un droit d'usufruit, et qu'il laisse la liberté à cet esclave sous une condition, en attendant la propriété de l'esclave appartient à l'héritier, dont par conséquent l'usufruit s'éteint par confusion : en sorte que si la condition arrive l'esclave aura sa liberté pleine et entière.

7. *Le même au liv. 19 sur Sabin.*

Nératius pense que si la liberté a été accordée à un esclave en ces termes, je donne la liberté à l'esclave Stichus si je n'ai point d'enfant lors de ma mort, l'effet de cette concession est empêché par la naissance d'un posthume. Mais tant qu'on attend cette naissance doit-on dire que l'esclave reste en servitude? ou bien la naissance n'ayant pas lieu, faut-il dire que l'esclave a été libre dès le temps de la mort, en donnant à cette disposition un effet rétroactif? Ce dernier sentiment est plus probable.

8. *Pomponius au liv. 5 sur Sabin.*

Un testateur a écrit : Je donne la liberté à Stichus s'il a bien administré les affaires. Il faut examiner le soin que l'esclave a apporté dans l'administration des affaires à l'avantage du maître, et non au sien particulier ; il faut aussi qu'il soit de bonne foi en rendant le reliquat de son compte.

9. *Ulpian au liv. 24 sur Sabin.*

Un testateur a légué un esclave sous la condition qu'il seroit affranchi par le légataire ; et dans le cas où le légataire ne l'affranchiroit pas, il a ordonné qu'il fût libre et lui a laissé un legs. On a souvent décidé qu'en ce cas la liberté et le legs lui appartenoient.

1. Quand les ordonnances disent qu'un esclave qu'on a défendu dans un testament de laisser parvenir à la liberté, ne peut être affranchi, je pense qu'elles doivent s'entendre des esclaves appartenans au testateur ou à l'héritier ; car cette prohibition ne peut

tanda est : ut si plures sint, quæ manumisso facilius sit, ea levissima intelligatur. Sed in fideicommissariis libertatibus novissima scriptura spectatur.

novissima, vel levissima.

6. *Ulpianus lib. 18 ad Sabinum.*

Si fructuarium dominus proprietatis heredem scripserit, et servo sub conditione sit libertas data : quoniam interim fit heredis, confusione facta ususfructus, si existerit conditio, perveniet ad libertatem.

De servo, cuius ususfructus est alterius.

7. *Idem lib. 19 ad Sabinum.*

Nératius scribit, ejus cui libertas sic data est, si mihi nullus filius erit cum moriar, Stichus liber esto, impediri libertatem posthumo nato. Sed dum speratur nasci, utrum in servitute remanere dicimus, an verò ex postfacto respondemus retro liberum fuisse, nullo filio nato? Quòd magis arbitror probandum.

De conditione, si mihi nullus filius erit cum moriar.

8. *Pomponius lib. 5 ad Sabinum.*

Si ita sit scriptum, Stichus, si rationes diligenter tractasse videbitur, liber esto : diligentiam desiderandam quæ domino, non quæ servo erit utilis, conjuncta fidei bonæ, et in reliquis quoque reddendis.

De conditione rationum reddendarum.

9. *Ulpianus lib. 24 ad Sabinum.*

Si quis ita legatus sit, ut manumittatur : si manumissus non fuerit, liber esse jussus est, eique legetur : et libertatem competere, et legatum deberi, sæpe responsum est.

De legato, ut manumittatur.

§. 1. Quod constitutum est, velitum in testamento ad libertatem perducere, non posse manumitti : hoc ad eos pertinere puto, qui testatoris fuerunt, vel heredis : servo enim alieno id irrogari non poterit.

De prohibite manumitti.

10. *Paulus lib. 4 ad Sabinum.*

De peculio legato, et vicario manumisso.

Si peculium prælegatum est, et vicarius liber esse jussus sit, liberum eum esse constat : multum enim interest inter genus et speciem. Speciem enim eximi de genere placet : quod est in peculio legato, et vicario manumisso.

pas tomber sur un esclave appartenant à un étranger.

10. *Paul au liv. 4 sur Sabin.*

Si le pécule d'un esclave a été légué par préciput à un des héritiers, et que le testateur ait donné la liberté à un autre esclave qui faisoit partie de ce pécule, il est certain que cet esclave vicaire sera libre : car il faut mettre une grande différence entre le genre et l'espèce. On peut ôter l'espèce du genre qui consiste dans le pécule du premier esclave et dans l'esclave affranchi.

De libertate relicta servo legato.

§. 1. Si servus legatus liber esse jussus est, liber est. Sed si prius liber esse jussus, postea legatus sit, si quidem evidens voluntas sit testatoris, quod ademit libertatem, cum placeat hodie etiam libertatem adimi posse, legato eum cedere puto. Quod si in obscuro sit, tunc favorabilius respondetur, liberum fore.

1. Si un testateur, en léguant un esclave, ordonne qu'il soit libre, il sera libre. Mais si le testateur commence par laisser la liberté à l'esclave et le lègue ensuite, et qu'il soit évident que le testateur a voulu lui ôter la liberté, ce que, suivant la jurisprudence d'à présent, il est le maître de faire, je pense qu'il appartiendra au légataire. S'il y a du doute sur l'intention du testateur, il faut se déterminer en faveur de la liberté.

11. *Pomponius lib. 7 ad Sabinum.*

Si legato servo fideicommissa libertas relicta est, vel heres vel legatarius eum cogitor manumittere.

De libertate duobus simul relicta sub conditione dandi.

§. 1. Si Stichus et Pamphilus decem dederint. liberi sunt : potest alter quinque dando liber esse, quamvis alter non dederit.

11. *Pomponius au liv. 7 sur Sabin.*

Si, après avoir légué un esclave, on lui laisse la liberté par fideicommiss, l'héritier ou le légataire est obligé de l'affranchir.

1. Je donne la liberté à mes esclaves Stichus et Pamphile s'ils donnent la somme de dix; l'un d'eux peut en donnant la somme de cinq parvenir à la liberté, quoique l'autre ne donne rien.

Si unus ex heredibus adierit.

§. 2. Cum testamento servus liber esse jussus est, vel uno ex pluribus heredibus institutis adeunte hereditatem, statim liber est.

2. L'esclave à qui un testateur a laissé la liberté par testament est libre dès l'instant qu'un seul des héritiers institués accepte la succession.

12. *Ulpianus lib. 50 ad Edictum.*

De conditione jurisjurandi.

Si quis libertatem sub jurisjurandi conditione reliquerit, edicto prætoris locus non erit, ut jurisjurandi conditio remittatur : et merito. Nam si quis remiserit conditionem libertatis, ipsam libertatem impedit, dum competere aliter non potest, quam si paritum fuerit conditioni.

12. *Ulpien au liv. 50 sur l'Edit.*

Si on laisse à un esclave la liberté sous la condition de prêter serment de faire ou de ne pas faire quelque chose, il ne pourra pas s'aider de l'édit du præteur à l'effet de se faire faire la remise du serment; et cela est juste. Car en remettant la condition sous laquelle la liberté a été laissée, on empêche l'effet de la concession, qui ne peut avoir lieu qu'autant que l'esclave aura rempli la condition imposée.

§. 1. Proinde et si legatum quis cum libertate acceperit, non aliter legatum habebit, nisi conditioni jurisjurandi paruerit.

1. Ainsi, si ce même esclave avoit reçu un legs avec sa liberté, il ne pourra toucher le legs qu'en accomplissant la condition.

2. Mais si la liberté lui a été laissée purement, et le legs sous la condition de faire le serment, Julien au livre trente-un du digeste, pense qu'on doit lui faire remise de la condition du serment.

5. Je pense qu'il faudra dire la même chose dans le cas où la condition du serment frapperait également sur la liberté et sur le legs, et que le maître aurait affranchi l'esclave de son vivant; car alors on ferait remise de la condition du serment par rapport au legs.

13. *Le même au liv. 5 des Disputes.*

Si la liberté a été laissée à deux esclaves sous l'une de ces deux conditions, s'ils bâtissent une maison, ou s'ils élèvent une statue, la condition ne peut pas se diviser entre eux. Tout ce qui peut faire difficulté, c'est de savoir si l'un d'eux remplissant la condition, la volonté du testateur est exécutée, en sorte qu'ils parviennent tous deux à la liberté: ce qui doit être décidé ainsi, à moins que le testateur n'ait eu une intention contraire. Mais, dira-t-on, celui qui a bâti a rempli la condition pour lui seul et non pour l'autre. Néanmoins je réponds que la condition cesse vis-à-vis de l'autre, puisqu'il ne peut plus satisfaire à une condition qui est déjà remplie.

1. On peut élever la même question par rapport à deux ouvriers ou à deux peintres à qui on aurait fait un legs sous la condition de faire un tableau ou de construire un vaisseau. Il s'agit d'examiner quelle a été la volonté du testateur. S'il a imposé à un des ouvriers la condition que l'autre travaillerait, il arrivera que tant que l'un ne fera rien, la condition manquera par rapport à l'autre. Si au contraire il paraît que le testateur se soit contenté que ce qu'il a demandé fût fait par l'un d'eux, il n'y a point de difficulté; parce que le fait de l'un servira à lui et à son conjoint, ou ne servira qu'à lui seul, suivant l'intention qu'on remarquera que le testateur aura eue.

2. Cette question peut encore être agitée dans l'espèce suivante: Un testateur a laissé la liberté à deux de ses esclaves, s'ils rendoient leurs comptes. Car Julien demande si l'un est prêt à rendre son compte et que l'autre refuse de le faire, la concession de la liberté faite au premier est empêchée par

§. 2. Sed si purè libertatem acceperit, legatum sub jurisjurandi conditione, putat Julianus libro trigesimoprimum digestorum, remitti ei conditionem jurisjurandi.

§. 3. Idem puto dicendum, et si libertate quoque injecta conditio sit, sed testator eum vivus manumiserit: nam et hic conditio legati remittetur.

13. *Idem lib. 5 Disputationum.*

Si ita fuerit servis duobus libertas data, si insulam ædificaverint, vel si statuum posuerint: dividi hæc conditio non poterit. Solummodò illud habebit dubitationem, an altero faciente, satisfactum voluntati videatur, ideoque ad libertatem perveniat: quod magis est, nisi aliud expressit testator. Faciendo tamen, sibi conditionem implevit, alteri non: quinimò extinguitur ei conditio: nec enim ampliùs parere conditioni potest, cum semel expleta sit.

De conditione insulæ ædificandæ, statuum ponendæ,

§. 1. Idem quæri potest, et si fabriis duobus vel pictoribus, si membrum depinxissent, vel si fabricassent navem, quid adscriptum sit. Nam voluntatis erit quæstio, num alteri alterius facti conditionem junxerit. Quæ res efficit, ut quoad alter cessat, alteri quoque qui facere paratus est, conditio deficiat. Quòd si ex his quæ scripsit vel dixit, ostenditur contentus esse testator, vel alterum facere, res erit expedita: nam alter faciendo, aut et sibi et socio proderit, aut sibi tantum: prout voluisse testatorem apparuerit.

Membrum pingendi, navis fabricandæ rationum reddendarum.

§. 2. Hæc quæstio et in eo tractatur, si quis libertatem dederit servis duobus, si rationes reddiderint. Julianus enim tractat, si alter reddere sit paratus, alter non sit: an alter per alterum impediat. Et rectissimè ait, si quidem separatim rationes gesserunt, sufficere ad libertatem

adipiscendam ei qui suas rationes reddit: si verò simul, non aliàs videri alterum paruisse, nisi utriusque reliqua exsolverit. In reliquis accipere debemus, ut et ipsa volumina rationum reddantur.

le refus du second? Et il décide très-bien que s'ils ont eu une gestion séparée, il suffit à l'un de rendre son compte pour acquérir sa liberté; mais s'ils ont eu une gestion commune, l'un d'eux n'est pas censé avoir satisfait à la condition, à moins qu'il ne paye le reliquat de l'autre. On doit compter dans ce reliquat la restitution des registres de compte.

De ancilla eum liberis manumissa, et obiter de ventre in possessionem mittendo.

§. 5. Sed et si ancilla cum filiis libera esse iussa sit: etsi nullos habeat, erit libera: vel si habeat quidem, filii autem ejus ad libertatem pertinere non possint. Idem erit dicendum, etsi ipsa libera non esse possit, filii tamen ejus pervenient ad libertatem. Nam hæc adjectio, cum filiis, non facit conditionem, nisi mihi proponas aliam sententiam testatoris fuisse: tunc enim pro conditione erunt hæc verba accipienda. Conditionem autem non facere, argumento est et edictum prætoris, quo ita cavetur: *Ventrem cum liberis in possessionem esse jubebo*. Placet enim, etsi nulli liberi sint, ventrem tamen ex edicto in possessionem mittendum.

5. Si on accorde par testament la liberté à une femme esclave et à ses enfans, elle sera libre, quoiqu'elle n'ait pas d'enfans, ou quoique ceux qu'elle a ne puissent pas profiter de la liberté qui leur est laissée. Il faut également décider que ses enfans seront libres, quoiqu'elle-même ne puisse pas parvenir à la liberté. En effet cette addition, et à ses enfans, n'emporte point de condition, à moins qu'on n'expose que ce n'étoit pas là la volonté du testateur; parce qu'alors ces paroles emporteroient une condition. Mais, pour prouver que régulièrement parlant ces paroles n'emportent point de condition, on peut citer l'édit du préteur. Une disposition de cet édit porte: J'enverrai la femme et ses enfans en possession des biens du mari. Car on décide que quand il n'y auroit pas d'enfans, la femme enceinte n'en seroit pas moins envoyée en possession.

Si servus purè liber scribatur, et heres sub conditione.

14. Idem lib. 8 Disputationum. Cùm servus purè liber scribitur, et heres sub conditione: placet deficiente conditione habere eum libertatem.

14. Le même au liv. 8 des Disputes. Lorsque la liberté est laissée purement à un esclave, et la succession conditionnellement, on décide que la condition sous laquelle la succession lui est laissée venant à manquer, il n'en a pas moins la liberté.

De conditione, si legatarius non manumiserit.

15. Julianus lib. 32 Digestorum. Stichum Sempronio do lego: si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, idem Stichus liber esto. Quæsitum est, quid juris sit? Respondit, hoc modo libertate data, si Sempronius non manumiserit, Stichus liber esto: Sempronium, nisi manumiserit, nihil juris in Stichum habiturum, sed liberum eum futurum.

15. Julien au liv. 32 du Digeste.

Je donne et lègue à Sempronius l'esclave Stichus; si Sempronius n'affranchit pas dans l'année l'esclave Stichus, je lui donne moi-même sa liberté. On demande ce qu'il faut décider dans cette espèce? Je réponds que la liberté ayant été laissée suivant l'exposé, si Sempronius n'affranchit pas l'esclave Stichus dans l'année, il n'aura aucun droit sur lui, mais que l'esclave Stichus sera libre.

De relicto, cùm quis triginta annorum crit.

16. Idem lib. 36 Digestorum. Si ita scriptum fuerit: Cùm Titius annorum triginta erit, Stichus liber esto, eique heres meus fundum dato; et Titius, antequàm ad annum trigesimum perveniret, decesserit, Stichus libertas competet: sed legatum non debetur. Nam favore li-

16. Le même au liv. 36 du Digeste.

Un testateur s'est exprimé ainsi: Je donne la liberté à l'esclave Stichus quand Titius aura atteint l'âge de trente ans, et mon héritier lui donnera tel fonds. Si Titius est mort avant d'avoir atteint l'âge de trente ans, l'esclave Stichus devient libre par sa

mort ; mais le legs ne lui est pas dû. Car ce n'est qu'en faveur de la liberté qu'on admet une fiction par laquelle après la mort de Titius on suppose qu'il reste un temps après le laps duquel la concession de la liberté pourroit avoir son effet : au lieu qu'à l'égard du legs, la condition sous laquelle il a été fait est censée avoir manqué.

17. *Le même au liv. 42 du Digeste.*

La liberté laissée à un esclave à l'article de sa mort, par exemple je donne la liberté à Stichus quand il mourra, n'est d'aucune considération.

1. Cette disposition, je donne la liberté à Stichus s'il ne monte point au Capitole, doit avoir son effet dès le premier moment que Stichus pouvant monter au Capitole ne l'a pas fait. Ainsi Stichus parviendra à la liberté, si, dès qu'on lui aura donné la faculté de monter au Capitole, il s'est abstenu de le faire.

2. Un testament porte cette disposition : Je donne la liberté à Pamphile, de manière qu'il rende compte à mes enfans. On demande si la liberté est accordée conditionnellement ? J'ai répondu que la liberté étoit accordée purement, et que cette addition, de manière qu'il rende compte, n'emporte point de condition. Cependant à cause de la volonté évidente du testateur, on doit forcer l'esclave à rendre compte.

3. Un esclave à qui on donne la liberté pour en jouir après plusieurs années, sans fixer de terme, sera libre au bout de deux ans. La faveur de la liberté exige cette décision, et les paroles du testateur n'y répugnent pas ; à moins que celui qui est chargé de donner la liberté ne prouve par des moyens très-évidens que le testateur a eu une autre intention.

18. *Le même au liv. 2 sur Urséius-Férox.*

Un testateur ayant institué deux héritiers, a voulu que son esclave fût libre après la mort de l'un d'eux ; l'héritier de la mort duquel dépendoit la liberté de l'esclave est mort du vivant du testateur. Sabin a répondu que l'esclave seroit libre.

1. Cette condition, je donne la liberté à Stichus quand je mourrai, embrasse tout le temps de la vie : ainsi on pourroit regarder cette concession comme nulle. Mais il faut interpréter ces paroles plus favorablement,

bertatis receptum est, ut mortuo Titio tempus superesse videretur, quo impleto libertas contingeret : circa legatum defecisse conditio visa est.

17. *Idem lib. 42 Digestorum.*

Libertas quæ in ultimum vitæ tempus confertur (veluti, *Stichus cum morietur, liber esto*), nullius momenti existimanda est.

De libertate relicta, cum morietur.

§. 1. Hæc autem scriptura, *Stichus, si Capitolium non ascenderit, liber esto*, ita accipienda est, si cum primum potuerit, Capitolium non ascenderit. Isto enim modo perveniet Stichus ad libertatem, si facultate data ascendendi Capitolium abstinuerit.

De conditione non faciendi.

§. 2. Hac scriptura testamenti, *Pamphilus liber esto, ita ut filius meis rationem reddat*: an sub conditione libertas data videretur, quæsitum est? Respondi, purè quidem datam libertatem, et illum adjec-tionem, *ita ut rationes reddat*, conditionem libertati non injicere : tamen, quia manifesta voluntas testantis exprimeretur, cogendum eum ad rationes reddendas.

De verbis, ita ut.

§. 3. *Post annos* indistinctè liber esse jussus, post biennium liber erit. Idque et favor libertatis exigit, et verba patiuntur : nisi si aliud sensisse patremfamilias manifestissimis rationibus is, à quo libertas relicta est, probaverit.

De verbo, post annos.

18. *Idem lib. 2 ad Urseium Ferocem.*

Qui duos heredes instituebat, post alterius mortem servum liberum esse jusserrat : is, ex cujus morte libertas pendebat, vivo testatore decesserat. Sabinus respondit, liberum futurum.

Si post unius ex heredibus mortem liber esse jussus sit.

§. 1. Hæc conditio, *cum moriar, liber esto*, vitæ tempus complectitur : et idcirco inutilis esse videtur. Sed melius est verba benignius interpretari, ut post mortem suam videatur testator ei libertatem

De conditione, cum moriar.

reliquisse.

De verbis ad
annum liber esto

§. 2. Sed multò magis hæc, *Ad annum liber esto: vel ita accipi potest, Post annum quam moriar, liber esto: et licet hoc modo accipiatur, Post annum quam hoc testamentum factum erit, liber esto: si evenerit ut intra annum testator decedat, inutilis non erit.*

19. *Idem lib. 3 ad Urseium Ferozem.*

De legato re-
licto ei. quem
heres r. gatus est
manumittere.

Quidam heredem suum rogaverat, ut *servum manumitteret: deinde, si heres cum non manumiserit, liberum esse jusserat: eique legaverat. Heres eum manumisit. Plerique existimant, hunc ex testamento libertatem consequi: secundum hoc legatum quoque ei debetur.*

20. *Africanus lib. 1 Quæstionum.*

De conditione,
si promeruerunt

Servos legavit, et cavil ita: *Rogo, si te promeruerunt, dignos eos libertate existimes.* Prætoris hæc partes sunt, ut cogat libertatem præstari: nisi si quid tale hi servi admiserint, ut indigni sint, quò libertatem consequantur: non etiam ut talia officia ab his exigantur, pro quibus libertatem mereri debent. Arbitrium tamen ejus erit, qui rogatus sit, quo tempore quemque velit manumittere: ita ut si vivus non manumisisset, heres ejus statim libertatem præstare cogatur.

21. *Idem lib. 4 Quæstionum.*

De verbo imò.

Stichus, imò Pamphilus, liber esto. Pamphilum liberum futurum respondit: quodammodo enim emendasse errorem suum testatorem. Idemque juris fore, etiam si ita scriptum fuerit: *Stichus liber esto, imò Pamphilus liber esto.*

22. *Idem lib. 9 Quæstionum.*

De conditione
rationem red-
den. farum.

Qui filium impuberem heredem instituit, *Stichum ratione argenti, quod sub cura ejus esset, reddita, liberum esse jusserat.* Is servus parte argenti subtracta, cum tutore divisit, atque ita tutor ei parem rationem adscripsit. Consultus, an Stichus liber esset? Respondit,

non

comme si le testateur avoit laissé la liberté à son esclave après sa mort.

2. Celle-ci fait plus de difficulté: Je donne à Stichus la liberté à l'année. Cela peut s'interpréter ainsi, je donne la liberté à Stichus après l'année de ma mort; ou si on veut dire que cela signifie après l'année du présent testament, et que le testateur vienne à mourir dans l'année, la concession de la liberté ne sera pas sans effet.

19. *Le même au liv. 3 sur Urseius-Féroze.*

Un particulier a prié son héritier d'affranchir son esclave; ensuite il a ordonné que cet esclave seroit libre si son héritier ne l'affranchissoit pas, et il lui a fait un legs. L'héritier l'a affranchi. Plusieurs sont d'avis que cet esclave tient sa liberté du testament, et qu'en conséquence le legs lui est dû.

20. *African au liv. 1 des Questions.*

Un testateur a légué ses esclaves, et a ajouté cette disposition: Je prie mon légataire de regarder mes esclaves comme dignes de la liberté s'il est content de leurs services. C'est au préteur à interposer son autorité pour leur faire donner la liberté; à moins qu'ils ne commettent quelque chose qui les en rende indignes, sans qu'on puisse exiger d'eux des services extraordinaires pour la leur faire gagner. Celui qui est prié de donner les libertés sera pourtant le maître d'affranchir chacun dans les temps qu'il lui plaira: de manière que s'il ne les a pas tous affranchis de son vivant, son héritier soit tenu de les affranchir dès l'instant de sa mort.

21. *Le même au liv. 4 des Questions.*

Je donne la liberté à Stichus, ou plutôt à Pamphile. Le jurisconsulte répond que ce sera Pamphile qui sera libre; car le testateur a en quelque manière corrigé son erreur. Il ajoute qu'il en sera de même si le testateur a écrit, je donne la liberté à Stichus, ou plutôt je donne la liberté à Pamphile.

22. *Le même au liv. 9 des Questions.*

Un testateur a institué pour héritier son fils impubère, et a donné la liberté à son esclave Stichus, après qu'il auroit rendu compte de l'argenterie qu'il avoit en sa garde. Cet esclave a soustrait une partie de l'argenterie, qu'il a partagée avec le tuteur, et a donné l'autre partie au tuteur,

qui

qui l'a prise en compte, et dont il a déchargé l'esclave. On a demandé si Stichus étoit libre? Julien répond qu'il n'est pas libre. Mais, dit-on, il est décidé que lorsque la liberté est laissée à un esclave sous la condition de donner une certaine somme, il est libre dès le moment qu'il a payé au tuteur, ou que le tuteur met lui-même obstacle à ce qu'il remplisse la condition qui lui est imposée. Cela est vrai, pourvu que le tout se fasse sans fraude de la part de l'esclave à qui la condition a été imposée, et de la part du tuteur : comme on l'observe dans l'aliénation des biens des pupilles. Ainsi, si l'esclave à qui la condition est imposée souffre que le tuteur ne reçoive pas son argent afin d'en frauder le pupille, il ne parviendra à la liberté qu'autant qu'il n'y aura point de fraude de sa part. Il faut dire la même chose par rapport à un curateur.

1. On a encore demandé de quelle manière l'esclave devoit rendre compte de l'argenterie pour être censé avoir satisfait à la condition qui lui est imposée : par exemple, si quelques vases étant perdus sans faute de sa part, il rend le reste à l'héritier, acquerra-t-il sa liberté? Julien répond qu'il l'acquerra, parce qu'il suffit qu'il rende compte de bonne foi. En un mot, s'il rend à l'héritier un compte tel qu'il seroit alloué par tout bon père de famille, il est censé avoir satisfait à la condition.

23. *Marcien au liv. 1 des Institutes.*

L'esclave à qui on a laissé la liberté dans un testament ne devient libre qu'autant que le testament est valable, et que l'héritier institué accepte la succession en vertu de ce testament, ou qu'abandonnant le testament il prend la succession *ab intestat*.

1. Si la liberté est accordée purement dans un testament, elle est acquise aussitôt que la succession est acceptée par un des héritiers institués. Si elle est accordée pour un certain terme ou sous une certaine condition, elle est acquise quand le terme ou la condition est arrivé.

24. *Gaius au liv. 1 du Journal ou du livre d'or.*

La liberté est censée laissée nommément à des esclaves lorsqu'ils sont désignés clairement par leurs métiers, par leurs offices,

Tome VI.

non esse liberum. Nam quod alioquin placeat, si statuliber pecuniam dare jussus tutori det: vel per tutorem siet, quominus conditioni pareatur, pervenire eum ad libertatem: ita accipiendum, ut bona fide, et citra fraudem statuliberi et tutoris id fiat: sicut et in alienationibus rerum pupillarum servatur. Itaque et si offerente statulibero pecuniam tutor in fraudem pupilli accipere nolit, non aliter libertatem contingere, quam si servus fraude careat. Eademque et de curatore dicenda.

§. 1. Item quæsitum est, rationem argenti reddere jussus, in quem modum intelligendus sit conditioni paruisse: id est, an si quædam vasa sine culpa ejus perierint, atque ita reliqua vasa heredi bona fide adsignaverit, perveniat ad libertatem? Respondit, perventurum: nam sufficere, si ex æquo et bono rationem reddat. Denique quam rationem bonus paterfamilias reciperet, ea heredi reddita impletam conditionem videri.

23. *Marcianus lib. 1 Institutionum.*

Testamento manumissus, ita demum fit liber, si testamentum valeat, et ex eo adita sit hereditas: vel si quis ommissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem.

De validitate testamenti et aditione hereditatis.

§. 1. Testamento data libertas competit, purè quidem data, statim quàm adita fuerit hereditas vel ab uno ex heredibus. Si in diem autem libertas data est, vel sub conditione: tunc competit libertas, cum dies venerit, vel conditio extiterit.

De puritate, die, conditione.

24. *Gaius lib. 1 Rerum cottidianarum, sive aureorum.*

Nominatim videntur liberi esse jussi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo evidentè denotati essent,

Quid sit nominatim nominare.

veluti dispensator meus, cellarius meus, cocus meus, Pamphili servi mei filius.

25. *Ulpianus lib. 4 Regularum.*

De aditione hereditatis.

Testamentum liber esse jussus, tum fit liber, cum adita fuerit hereditas qualibet ex parte: si modò ab eo gradu, quo liber esse jussus est, adita fuerit, et purè quis manumissus sit.

26. *Marcianus lib. 1 Regularum.*

De libertate facite data.

Divus Pius et divi fratres favorabiliter rescripserunt, cum servo cum libertate substituto legatum erat, si heres non esset, non adscripta libertate: perinde haberi, atque si adscripta esset et libertas.

27. *Paulus lib. 1 ad Legem Æliam Sentiam.*

Qui possunt necessarium heredem facere.

Qui potuerint apud consilium manumittendo ad libertatem perducere, possunt etiam necessarium heredem facere: ut hæc ipsa necessitas probabilem faciat manumissionem.

28. *Idem lib. singulari de Jure codicillorum.*

De conditione, si non vetuero, vel si non ascendero.

Stichus, si codicillis eum non vetuero liberum esse, liber esto: sic est atque si diceret: Stichus, si in Capitolium non ascendero, liber esto: nam et heres sic institui potest.

29. *Scævola lib. 25 Digestorum.*

De filio præterito.

Uxorem prægnantem repudiaverat, et aliam duxerat Prior enixa filium exposuit; hic sublatus ab alio educatus est, nomine patris vocitatus: usque ad vitæ tempus patris, tam ab eo, quam à matre, an vivorum numero esset, ignorabatur. Mortuo patre, testamentoque ejus, quo filius neque exheredatus neque heres institutus sit, recitato, filius et à matre et ab avia paterna agnitus: hereditatem patris ab intestato, quasi legitimus possidet. Quæsitum est, hi qui testamento libertatem acceperunt, utrum liberi, an servi sint? Responderit, filium quidem nihil præjudicii passum fuisse, si pater eum

ou de quelqu'autre manière: par exemple mon homme d'affaires, mon sommelier, mon cuisinier, le fils de mon esclave Pamphile.

25. *Ulpien au liv. 4 des Règles.*

L'esclave à qui on a laissé la liberté par testament devient libre aussitôt que la succession est acceptée en vertu de quelque partie que ce soit du testament, pourvu qu'elle soit acceptée par les héritiers institués dans le degré où la liberté lui a été laissée, et qu'il ait été affranchi purement.

26. *Marcien au liv. 1 des Règles.*

L'empereur Antonin et les empereurs Marc et Vêrus ont décidé favorablement dans un rescrit, qu'un esclave ayant été substitué avec concession de la liberté, et ayant reçu un legs dans le cas où il ne seroit pas héritier, sans que le testateur eût répété en cet endroit la mention de la liberté, cette mention étoit censée avoir été faite.

27. *Paul au liv. 1 sur la Loi Ælia-Sentia.*

Ceux qui peuvent donner la liberté en affranchissant en présence du conseil, peuvent aussi instituer un esclave pour être leur héritier nécessaire. Cette nécessité même où ils se trouvent d'instituer un pareil héritier justifie la cause de l'affranchissement.

28. *Le même au liv. unique sur le Droit des codicilles.*

Je donne la liberté à Stichus, si par un codicille je ne défends pas qu'il soit libre; c'est la même chose que si le testateur disoit, je donne la liberté à Stichus si je ne monte pas au Capitole: car on peut instituer un héritier de cette manière.

29. *Scévola au liv. 25 du Digeste.*

Un particulier a répudié sa femme enceinte et en a épousé une autre. La première femme est accouchée d'un fils qu'elle a exposé; quelqu'un s'en est chargé et l'a élevé: il a toujours porté le nom de son père pendant la vie du père; mais le père et la mère ignoroient s'il étoit vivant. Le père étant mort, on a ouvert son testament, et on a publié que ce fils n'étoit ni institué ni déshérité: ce fils reconnu par sa mère et par son aïeule paternelle, possède comme héritier légitime la succession ab intestat de son père. On a demandé si les esclaves qui avoient reçu leur liberté dans le testament étoient libres ou non? J'ai ré-

pondu que le fils ne devoit souffrir aucun préjudice si son père a ignoré qu'il existoit. Par conséquent, comme il étoit en la puissance de son père, même à son insu, le testament fait par le père n'est pas valable. Mais si les esclaves affranchis sont restés pendant cinq ans dans l'état de liberté, la faveur de la liberté ne permet pas qu'on puisse révoquer la concession qui leur a été faite.

30. *Ulpian au liv. 19 sur l'Edit.*

Les esclaves qui, étant chez les ennemis, sont déclarés libres dans un testament, acquièrent la liberté, quoiqu'ils n'aient appartenu au testateur ni au temps du testament ni au temps de la mort, et qu'ils aient été pendant tout ce temps sous la puissance des ennemis.

31. *Paul au liv. 26 sur l'Edit.*

Si de plusieurs esclaves du même nom, on en affranchit un dans un testament, sans qu'on puisse distinguer quel est celui qu'on a voulu affranchir, aucun d'eux ne sera libre.

32. *Ulpian au liv. 65 sur l'Edit.*

Il faut observer que tant qu'il existe un héritier nécessaire, quoiqu'il s'abstienne, les libertés laissées dans le testament ont leur effet, pourvu qu'elles ne soient point accordées en fraude de la loi *Ælia-Sentia*.

33. *Paul au liv. 12 des Questions.*

On ne peut point accorder la liberté pour un temps.

34. *Le même au liv. 74 sur l'Edit.*

Ainsi, si le testateur s'est exprimé ainsi, je donne la liberté à Stichus pendant le terme de dix ans, la fixation du terme est regardée comme non-avenue.

35. *Le même au liv. 50 sur l'Edit.*

Servius pensoit qu'on pouvoit donner la liberté directe par testament aux esclaves qui ont appartenu au testateur au temps de son testament et au temps de sa mort. Ce sentiment est vrai.

36. *Le même au liv. 7 sur Plautius.*

Un testateur a affranchi son esclave dans son testament, en cette manière : Je donne la liberté à un tel esclave s'il fait serment de donner à Cornélius, mon fils, une somme de dix pour l'indemniser de ses ouvrages. On demande ce qu'il faut observer en ce cas ? Il certain que l'esclave en faisant le

ignoravit : et ideo cùm in potestate et ignorantis patris esset, testamentum non valere. Servi autem manumissi si per quinquennium in libertate morati sunt, semel datam libertatem infirmari, contrarium studium favore libertatis est.

30. *Ulpianus lib. 19 ad Edictum.*

Si servi qui apud hostes sunt, liberi esse jussi sunt, ad libertatem perveniunt : quamvis neque testamenti neque mortis tempore testantis, sed hostium fuerunt.

De servis, qui sunt apud hostes.

31. *Paulus lib. 26 ad Edictum.*

Cum ex pluribus eodem nomine servis unus liber jussus, non appareat qui sit, nullus liber est.

De incertitudine

32. *Ulpianus lib. 65 ad Edictum.*

Sciendum est, necessario herede existente, quamvis se abstineat, tamen libertates competere, si modò non in fraudem legis *Æliæ Sentia* datæ fuerint.

De abstentione. De manumissione in fraudem creditorum.

33. *Paulus lib. 12 Quæstionum.*

Libertas ad tempus dari non potest.

De libertate ad tempus data.

34. *Idem lib. 74 ad Edictum.*

Ideoque si ita scriptum sit, *Stichus usque ad annos decem liber esto* : temporis adjectio supervacua est.

35. *Idem lib. 50 ad Edictum.*

Servius existimabat, iis posse servis dari testamento directam libertatem, qui ultrèque tempore, et quo testamentum fit, et quo moritur, testatoris fuerunt. Quæ sententia vera est.

Quibus libertas directa dari potest.

36. *Idem lib. 7 ad Plautium.*

Servum testamento ita manumisi : *Si juraverit se Cornelio filio meo decem operarum daturum, liber esto*. Queritur quid juris sit ? Et sciendum est jurando servum conditionem implere, sed non teneri operarum nomine : quia nisi post manumissionem juret, non obligatur.

De conditione, si juraverit se operas daturum.

37. *Idem lib. 9 ad Plautium.*

Quid sit manumissum nomine nominatum

Nominatim codicillis manumissus videtur servus, cujus nomen testamento continetur.

38. *Idem lib. 12 ad Plautium.*

De libertate data, cum per leges licebit.

Libertas testamento servo ita dari potest, *Cum per leges licebit, liber esto.*

39. *Idem lib. 16 ad Plautium.*

De conditione, si heres aliter caveat, vel si heredis esse desideret.

Stichus servus meus, si eum heres alienaverit, liber esto. Inutiliter libertas datur, quia in id tempus confertur, quo alienus futurus sit. Nec contrarium est, quod statuliber, etiam si venierit, ex testamento libertatem consequitur: quippe utiliter libertas data, factio heredis non perimitur. At quid in legato eo modo dato dicemus? Diversum enim nulla ratione dicetur: nam inter libertatem et legatum, quantum ad hanc causam, nihil distat. Igitur, nec si directò dabitur libertas, *Si heredis mei esse desideret, liber esto: quia nullum casum utilem habet.*

40. *Pomponius lib. 5 ex Plautio.*

De libertate relicta servo relicto.

Julianus ait, cum idem homo, et per fideicommissum detur alicui, et liber esse jubeatur, heredem libertatem præstare debere: non enim cogetur, inquit, ex causa fideicommissi æstimationem sufficere, cum debitam libertatem reddiderit.

§. 1. Sed et cum sub conditione servo libertas per fideicommissum detur, et ipse præsentî die daretur, non aliter tradere eum cogetur, quam ut caveatur, existente conditione libertati eum restitutum iri: nam in omnibus ferè causis fideicom-

serment satisfait à la condition; mais il n'est point tenu à fournir l'argent de ses ouvrages, parce qu'il ne peut être obligé par son serment que quand il jure après son affranchissement.

37. *Le même au liv. 9 sur Plautius.*

Un esclave est censé affranchi nommé dans un codicille, quand son nom est exprimé dans le testament.

38. *Le même au liv. 12 sur Plautius.*

On peut laisser par testament la liberté à un esclave en cette manière: Je donne la liberté à un tel, quand il aura la capacité légale de l'acquérir.

39. *Le même au liv. 16 sur Plautius.*

Je donne la liberté à mon esclave Stichus si mon héritier vient à l'aliéner. Cette concession de la liberté est nulle, parce qu'elle se rapporte à un temps où l'esclave appartiendra à autrui. On ne peut pas objecter qu'un esclave qui attend sa liberté de l'événement d'une condition acquiert sa liberté en vertu du testament, quand même il auroit été vendu depuis: car il arrive souvent que la liberté valablement accordée dans un testament, ne peut pas être détruite par le fait de l'héritier. Mais que droit-on si un legs avoit été fait de la même manière? Il n'y a pas de raison de décider le contraire: puisque, par rapport à la question présente, il n'y a point de différence entre un legs et la concession de la liberté. On ne pourra donc pas laisser directement la liberté à un esclave en cette manière: S'il cesse d'appartenir à mon héritier; parce qu'il n'y a aucun cas où cette concession puisse être utile.

40. *Pomponius au liv. 5 sur Plautius.*

Julien décide que si le même esclave est donné à quelqu'un par fideicommiss, et qu'il reçoive sa liberté par testament, l'héritier doit donner la liberté: car, ajoute-t-il, cet héritier ne sera point obligé de fournir le prix de l'esclave au fideicommissaire, puisqu'il n'a donné qu'une liberté qui étoit due.

1. Supposez même que la liberté fût accordée conditionnellement à un esclave par testament, et que le testateur le donne à quelqu'un par fideicommiss, l'héritier ne sera obligé de le livrer au fideicommissaire qu'en lui faisant donner caution de le mettre en

liberté si la condition arrive; car les libertés laissées par fidéicommiss sont presque toujours regardées comme des libertés directes. Mais Ofilius étoit d'avis que le sentiment que nous venons d'exposer étoit vrai dans le cas où le testateur auroit laissé la liberté fidéicommissaire dans l'intention d'ôter le legs qu'il avoit fait de l'esclave. Car si le légataire peut prouver que l'intention du testateur a été d'imposer une charge de plus à l'héritier, celui-ci n'en sera pas moins obligé de fournir l'estimation de l'esclave.

41. *Le même au liv. 7 sur Plautius.*

Un testateur s'est exprimé ainsi : Je donne la liberté à mon esclave Stichus la douzième année après ma mort. Il est probable que l'esclave sera libre au commencement de la douzième année, et que telle a été l'intention du testateur. Il y a bien de la différence entre ces deux termes la douzième année, ou après douze ans; et on a coutume de dire voici la douzième année, lorsque le plus petit espace de temps de la douzième année est écoulé. Et l'esclave qu'on a voulu qui fût libre la douzième année doit être libre tous les jours de cette année.

1. Mais si le testament porte, je donne la liberté à mon esclave Stichus s'il paye à mon héritier mille écus en trois ans après ma mort, ou s'il lui donne des sûretés suffisantes et dont il soit content, l'esclave ne peut être libre qu'après le laps de la troisième année; à moins qu'il ne paye tout de suite la somme argent comptant, ou qu'il ne satisfasse l'héritier d'une autre manière; car l'héritier doit compenser la célérité de l'affranchissement avec l'avantage qu'il retire d'être payé avant le temps.

2. Labeon écrit que si la liberté a été laissée à un esclave en cette manière, je donne la liberté à mon esclave Stichus dans l'année de ma mort, l'esclave est libre à l'instant de la mort. Si elle est laissée sous cette condition, s'il donne tant à mon héritier dans dix ans, en payant tout de suite la somme à l'héritier, il est libre sans aucun délai.

42. *Marcellus au liv. 16 du Digeste.*

Si le testateur a écrit, je veux qu'un tel esclave soit l'affranchi d'un tel, l'esclave peut demander sa liberté, et l'autre qu'on le lui donne pour affranchi.

missas libertates pro directò datis habendas. Sed Ofilius aiebat, si adimendi legati causa fideicommissam libertatem testator dedisset, ea vera esse. Si verò onerari heredem à testatore legatario ostenderit, æstimationem nihilominus legatario præstandam.

41. *Idem lib. 7 ex Plautio.*

Si ita fuerit libertas relicta, *Stichus servus meus anno duodecimo postquam ego mortuus ero, liber esto*: verisimile est, principio duodecimi anni eum libertum esse: nam hoc mortuum sensisse. Et inter hos sermones, *duodecimo anno, et post duodecim annos*, multum interest: et ita loqui solemus, *duodecim annus est*, cum quantumlibet ex duodecimo anno venisset, aut præteriisset. Et qui duodecimo anno liber esse jubetur, omnibus anni diebus liber esse jussus est.

De verbis, anno duodecimo, vel post annum duodecimum.

§. 1. Sed si ita sit scriptum in testamento, *Stichus servus meus heredi meo mille nummos anno, biennio, triennio postquam ego mortuus ero, si solverit, satisve fecerit, liber esto*: non potest is servus nisi triennio præterito liber esse, nisi præsentem eam pecuniam solvat, aut satisfaciat: compensanda etenim est heredi libertatis celeritas præmaturæ pecuniarum solutioni.

De conditione, si anno, biennio, triennio solverit.

§. 2. Labeo scribit, si sic libertas relicta sit, *Stichus intra annum postquam mortuus ero, liber esto*: statim eum liberum esse. Nam et si ita sit, *Si intra annum decimum heredi meo dederit, liber esto*: statim solvendo eo liberum esse sine mora futurum.

De verbo, intra.

42. *Marcellus lib. 16 Digestorum.*

Si quis ita scripserit, *Illum illum libertum esse volo*, et servus libertatem petere potest, et ille ut habeat libertum.

De verbis, illum illum libertum esse volo.

43. *Modestinus lib. singulari de Manu-
missionibus.*De testamento,
codicillis, et
causa intestati.

Libertates directæ et testamento et codicillis testamento confirmatis rectè dantur: fideicommissæ, et ab intestato et codicillis non confirmatis relinqui possunt.

44. *Idem lib. 10 Responsorum.*

De modo.

Mævia decedens servis suis nomine Sacco et Eutychiæ et Hirenæ sub conditione libertatem reliquit, his verbis: *Saccus servus meus, et Eutychia et Hirene ancilla meæ, omnes sub hac conditione liberi sunt, ut monumento meo alternis mensibus lucernam accendant, et solemnia mortis peragant.* Quæro, cum adsiduo monumento Mæviæ Saccus et Eutychia et Hirene non adsint, an liberi esse possunt? Modestinus respondit, neque contextum verborum totius scripturæ, neque mentem testatricis eam esse, ut libertas sub conditione suspensa sit, cum liberos eos monumento adesse voluit: officio tamen iudicis eos esse compellendos, testatrix iussioni parere.

45. *Idem lib. 2 Pandectarum.*De pluribus
conditionibus.

Quod vulgò dicitur, sub pluribus conditionibus data libertate, levissimam conditionem spectandam esse: ita verum est, si separatim conditiones sint datæ. Quod si conjunctim datæ sunt, nisi omnibus paruerit, liber non erit.

46. *Pomponius lib. 7 ex variis Lectio-
nibus.*De pœna me-
tallorum et res-
titutione.

2. Les empereurs Antonin et Pertinax ont décidé dans un rescrit qu'une succession étant tombée au fisc, parce qu'il y avoit un fidéicommis secret pour faire remettre la succession à une personne incapable, les libertés laissées ou directement ou par fidéicommis devoient être fournies.

13. *Le même au liv. 9 des Règles.*

Si une esclave enceinte souffre des délais pour son affranchissement, non par le fait de celui qui doit l'affranchir, mais par cas fortuit, l'enfant dont elle accouchera ne sera pas libre ; mais celui qui doit affranchir la mère sera obligé de lui livrer son enfant pour qu'elle lui donne la liberté.

14. *Le même au liv. 10 des Réponses.*

Lucius-Titius a fait un testament : il a institué pour ses héritières par égales portions sa femme Séia et leur fille commune. Dans un autre article il a dit : Je donne la liberté à mon esclave Eros, qu'on appelle aussi Psyllus, si ma femme le trouve bon. La femme s'est abstenue de la succession, et sa part est échue par substitution à Titia, leur fille commune. Je demande si, en vertu de cette disposition du testament, la liberté sera acquise à l'esclave Eros, autrement nommé Psyllus ? Modestin : j'ai répondu que

11. *Modestinus lib. 1 Differentiarum.*

Ex causa fideicommissi servo libertatem dare sine tutoris auctoritate pupillus non potest.

De auctoritate tutoris.

12. *Idem lib. singulari de Manumissionibus.*

Imperator Antoninus, cum Firmus Titiano tragœdos tres legasset, et adjecisset, *Quos tibi commendo, ne cui alii serviant* : publicatis bonis Titiani, rescriptis debere eos publicè manumitti.

De commendatione ne cui alii serviant, et de publicatione bonorum.

§. 1. Et legatarius non minus quam heres rogari potest servum manumittere : et si ante manumissionem decesserit, successores ejus debent manumittere.

De legatario rogato manumittere.

§. 2. Divus Antoninus et Pertinax rescripserunt, hereditate fisco vindicata, quoniam tacitè quis rogatus erat ei qui capere non poterat, restituere hereditatem : et directò et per fideicommissum datas libertates deberi.

De hereditate fisco vindicata.

13. *Idem lib. 9 Regularum.*

Si prægnans ancilla moram non studio manumissoris, sed fortuitò patiat, ne manumitteretur, liberum quidem non pariet : sed cogetur qui manumittere debuit, natum matri tradere, ut per eam perveniat ad libertatem.

De mora.

14. *Idem lib. 10 Responsorum.*

Lucius Titius testamento facto Seiam uxorem suam, item Titiam filiam communem æquis portionibus scripsit heredes. Item alio capite : *Erotem servum meum, qui et Psyllus vocatur, liberum esse volo, si uxori meæ placeat.* Cum itaque Seia uxor Lucii Titii abstinerit ab eadem hereditate, et ex substitutione portio ejus ad Titiam filiam pervenerit : quæro, an Eroti, qui et Psyllus vocatur, ex his verbis supradictis libertas competat ? Modestinus, Eroti, quòd uxor testatoris here-

De libertate in conjugum ex hereditibus ab intestato collata.

ditate se abstinuit, non obesse respondit. Item quaero, an Seia uxor, quæ se hereditate abstinuit, petenti Eroti libertatem justè contradicere possit? Modestinus respondit, Seia dissensum nullius esse momenti.

15. *Idem lib. 5 Pandectarum.*

De jure heredis in servum manumittendum, et de ejus servi alienatione.

Is qui ex causa fideicommissi manumissurus est, nullo modo deteriore e jus servi conditionem facere potest: ideòque nec vendere eum interdum alii potest, ut ab eo cui traditus est, manumittatur: et si tradiderit, redimere illum cogitur, et manumittere. Interest enim nonnunquam, à sene potius manumitti, quàm à juvene.

16. *Licinius Rufinus lib. 5 Regularum.*

De servis propriis vel alienis.

Libertates etiam per fideicommissum dari possunt: et quidem largius quàm directò. Nam non tantùm propriis, sed et alienis servis per fideicommissum libertas dari potest: ita tamen, ut vulgaribus verbis, et quibus evidenter voluntas testatoris exprimi possit.

17. *Ex libro 21 Digestorum Scævola Claudius.*

De verbis, cum tibi visum fuerit.

Cùm tibi visum fuerit manumittere, utiliter datur fideicommissa libertas.

18. *Scævola lib. 23 Digestorum.*

De conditione, si bene se rationibus gesserit.

Testamento ita cavit: *Pamphilus, si bene se gesserit in rationibus meis, liber esto.* Quæsitum est, cùm mærente eodem testamento post aliquot annos decederit, nec ullæ querelæ locus de Pamphilo circa rationes patroni sit, an ex testamento libertatem sit consecutus? Respondit, nihil proponi, cur non sit consecutus.

19. *Idem lib. 24 Digestorum.*

De herede abente.

Herede instituto marito, per fideicommissum libertatem servis dedit, in quibus et Stichus actori mariti. Quæsitum est, cùm absente domino isti præsidem provincie adierint, ut libertas sibi præstaretur, quasi ex justa causa heres abesset,

l'esclave Eros ne devoit point souffrir de préjudice de ce que la femme s'étoit abstenue de la succession. Je demande encore si Séia, qui s'est abstenue de la succession peut s'opposer à la demande qu'Eros forme de sa liberté? J'ai répondu que l'opposition de Séia n'étoit d'aucune considération.

15. *Le même au liv. 5 des Pandectes.*

Celui qui est chargé par fideicommiss d'affranchir un esclave, ne peut en aucune façon détériorer sa condition. Ainsi il ne peut pas le vendre dans l'intervalle à un autre pour être affranchi par l'acheteur; s'il l'a vendu et livré, il est obligé de le racheter et de l'affranchir. Car un esclave a quelquefois intérêt d'être affranchi par un homme âgé plutôt que par un jeune homme.

16. *Licinius-Rufinus au liv. 5 des Règles.*

On peut laisser les libertés par fideicommiss, et même avec plus d'étendue que les libertés directes. Car on peut laisser les libertés par fideicommiss, non-seulement à ses propres esclaves, mais encore aux esclaves appartenans à autrui, pourvu qu'on se serve des termes ordinaires, et qui expriment clairement la volonté du testateur.

17. *Claudius sur les notes du liv. 21 du Digeste de Scévola.*

La liberté est laissée utilement par fideicommiss à un esclave, en ces termes: quand vous jugerez à propos de l'affranchir.

18. *Scévola au liv. 23 du Digeste.*

Un testament porte cette disposition: Je donne la liberté à Pamphile s'il s'est bien conduit dans l'administration de mes affaires. On a demandé si le testateur étant mort quelques années après ce testament, sans qu'il y ait eu aucune plainte contre Pamphile relativement à l'administration dont il étoit chargé, cet esclave avoit acquis la liberté en vertu de ce testament? J'ai répondu que je ne voyois rien dans l'exposé qui s'y opposât.

19. *Le même au liv. 24 du Digeste.*

Une femme ayant institué son mari pour son héritier, a laissé la liberté à ses esclaves par fideicommiss, ainsi qu'à Stichus esclave de son mari et chargé de ses affaires. On a demandé si le maître étant absent, et les esclaves s'étant présentés devant le prési-

dent de la province pour se faire accorder leur liberté à cause de l'absence du maître pour cause légitime, et le président de la province ayant prononcé que les libertés étoient dues, on peut agir contre Stichus pour l'obliger à rendre compte des affaires dont il étoit chargé? J'ai répondu qu'on ne le pouvoit pas.

1. Un mari a légué à sa femme sa dot et plusieurs autres effets, et il l'a chargée par fidéicommiss d'affranchir devant le conseil Aquilinus, esclave appartenant à sa femme. La femme refuse de le faire, par la raison que cet esclave est à elle en propriété. On demande si la liberté est due à cet esclave? J'ai répondu que si la femme avoit demandé en vertu du testament non-seulement sa dot, mais les autres legs qui lui étoient faits, elle devoit être forcée à affranchir Aquilinus en vertu du fidéicommiss, et qu'Aquilinus étant affranchi, il pourra demander de son côté ce qui lui a été légué.

20. Pomponius au liv. 7 des Lettres.

Julien écrit: Si un héritier chargé d'affranchir un esclave remet la succession au fidéicommissaire en vertu du sénatus-consulte Trébellien, il sera forcé de l'affranchir, et s'il se cache, ou s'il est absent pour cause légitime, le préteur, en connoissance de cause, conformément à plusieurs sénatus-consultes portés sur cette matière, prononcera la liberté. Mais si le fidéicommissaire à qui la succession a été remise s'est chargé de cet esclave, il convient que ce soit lui qui l'affranchisse; et on observera à son égard ce qu'on observeroit par rapport à celui qui auroit acheté cet esclave. Pensez-vous ainsi? Car pour moi le vif désir que j'ai d'apprendre, et que je regarde depuis soixante dix-huit ans comme la meilleure règle de conduite, me fait toujours souvenir de cette sentence d'un ancien: Quand j'aurois un pied dans le tombeau, je ne serois pas fâché d'apprendre quelque chose. C'est avec raison qu'Ariston et Octavénus ont pensé que l'esclave dont il est ici question ne faisoit point partie de la succession que l'héritier est chargé de remettre au fidéicommissaire; parce que le testateur, en priant l'héritier de l'affranchir, n'est pas censé avoir pensé qu'il dût le remettre au fidéi-

et præses provinciæ pronuciaverit libertatem deberi: an agicum Stichus possit, ut rationem actus à se administrati reddere compellatur? Respondit, non posse.

§. 1. Uxori dotem et alias res plures legavit, et ejus fidei comisit, ut Aquilinum servum proprium mulieris apud consilium manumitteret. Id negat se facere debere, quod ipsius proprius esset. Quæro, an libertas ei debeat? Respondit, uxorem, si ex testamento non solum dotem, sed etiam cætera legata præstari sibi vellet, compellendam ex causa fideicommissi Aquilinum manumittere, eumque, cum liber erit petiturum ea quæ sibi legata sunt.

De fideicommissis uxoris legataria.

20. Pomponius lib. 7 Epistolarum.

Apud Julianum ita scriptum est: si heres rogatus servum manumittere, ex Trebelliano senatusconsulto hereditatem restituerit, cogi debet manumittere: et si latitabil, vel si justa ex causa aberit, prætor, causa cognita, secundum senatusconsultum ad eas causas pertinentia pronuciare debet. Si verò servum susceperit is cui hereditas restituta fuerit, ipsum compelli manumittere, et eadem in personam ejus observari conveniet, quæ circa emptores custodiri solent. An hæc vera putes? Nam ego discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem optimam in octavum et septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum ejus sententiæ, qui dixisse fertur: Καὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σαρῶ ἔχω προσμαθεῖν τι βουλοίμην. Id est, *Et si alterum pedem in tumultu haberem, non pigeret aliquid addiscere.* Bellissimè Aristo et Octavénus putabant hunc servum de quo quæreretur, fideicommissæ hereditatis non esse: quia testator rogando heredem, ut eum manumitteret, non videbatur de eo restituendo sensisse. Si tamen per errorem ab herede datus fuerit, ea dicenda sunt quæ Julianus scribit.

Ad senatusconsultum Trebellianum.

21. *Papinianus lib. 19 Quæstionum.*

Si testator rogavit, ne servus servitutem alterius patiatur.

Rogo ne Stichus alterius servitutem experiatur. Intelligi datam fideicommissam libertatem placuit principi. Quid enim tam contrarium est servituti, quam libertas? Nec tamen quasi post mortem heredis data videbitur. Quod eò pertinet, ut si vivus eum alienaverit, confestim libertas petatur; nec prosit ad impediendam libertatis petitionem, si redemerit eum, cujus semel conditio extitit. Idem probandum est, et si non voluntaria alienatio ab herede facta est. Nec refragabitur, quòd non per ipsum alienatio facta est: fuit enim quasi statuliber, et quacumque ratione conditio impleta est.

22. *Idem lib. 22 Quæstionum.*

De legatario rogato manumittere.

Si legatario fundi decem pretii nomine relicta sint in hoc, *ut servum suum manumittat*: quamvis fundi legatum adgnoverit, si tamen pecuniæ propter interventum Falcidiæ non adgnoverit, cogendus est et pecuniam accipere habita legis Falcidiæ ratione, et servo fideicommissariam libertatem præstare, cum semel fundi legatum adgnovit.

De duobus ex tribus servis manumittendis.

§. 1. A duobus heredibus, qui tres servos habebat, petit, *ut duos ex his quos voluissent, manumitterent.* Altero heredum latitante, alter declarat quos velit manumittere. Potest dici fieri liberos, ut perinde libertas competat, ac si præsens solus manumittere potuisset. Quòd si ex servis unus decesserit, sive justa ex causa absit heres, sive dari non possit, à quo petitum est: decernente prætore, duos, qui supersunt, fieri liberos convenit.

De herede absente, vel non existente.

§. 2. Cum is qui fideicommissam libertatem præstare debet, justa ex causa abest: aut latitat: aut quidam præsentis

commissaire. Si cependant l'héritier le lui avoit remis par erreur, il faudra suivre ce que dit Julien.

21. *Papinien au liv. 19 des Questions.*

Je prie que Stichus ne passe pas sous la puissance d'un autre. Le prince a décidé que ces paroles emportoient une liberté fideicommissaire. Car qu'y a-t-il de plus contraire à la servitude que la liberté? Cette liberté n'est pourtant pas pour cela censée être laissée après la mort de l'héritier. D'où il s'ensuit que si l'héritier l'aliène de son vivant, l'esclave peut demander à l'instant sa liberté, et que l'héritier ne peut pas en le rachetant empêcher l'effet de cette concession dont la condition a une fois existé. Il faut dire la même chose quand même l'aliénation faite par l'héritier n'auroit pas été volontaire. Il est inutile d'objecter qu'en ce cas l'aliénation n'est pas faite par l'héritier: car il est en quelque sorte semblable à un esclave qui attend sa liberté de l'événement d'une condition, et la condition a existé de quelque manière.

22. *Le même au liv. 22 des Questions.*

On a légué à quelqu'un un fonds et une somme de dix pour tenir lieu du prix d'un de ses esclaves qu'il a été chargé d'affranchir; s'il accepte le legs du fonds, et qu'il n'accepte pas celui de la somme de dix, à cause d'une diminution qui est survenue sur les legs par la loi Falcidia, il doit être forcé à recevoir la somme avec la diminution de la Falcidia, et à affranchir son esclave dès qu'il a une fois accepté le legs du fonds.

1. Un testateur ayant trois esclaves a chargé les deux héritiers qu'il a institués d'en affranchir deux à leur volonté. L'un des deux héritiers se cache, l'autre déclare quels sont les deux esclaves qu'il veut affranchir. On peut dire que ces deux esclaves acquièrent leur liberté, comme s'il n'y avoit que l'héritier présent qui eût la faculté d'affranchir. Si un des trois esclaves est mort, les deux qui restent doivent être affranchis sur un décret du préteur, si l'héritier est absent pour cause légitime, ou si celui qui est chargé d'affranchir n'a pas l'usage de la parole.

2. Le préteur doit prononcer que la liberté fideicommissaire appartient à un tel esclave en vertu du testament de Lucius-

Titius, lorsque l'héritier chargé de donner la liberté est absent pour une juste cause, ou qu'il se cache; ou lorsque de plusieurs héritiers il y en a quelques-uns de présens, d'autres absens pour une juste cause, d'autres qui ne se présentent pas pour éviter de satisfaire au fidéicommiss; ou lorsque celui qui devoit la liberté est décédé sans héritier, ou n'a laissé qu'un héritier sien qui s'est abstenu. C'est ce qui est expressément décidé par un sénatus-consulte, qui porte en outre qu'afin qu'il n'y ait pas de difficulté pour savoir de qui l'esclave sera l'affranchi, le préteur doit prononcer quel héritier est absent pour juste cause, et quel héritier se cache pour empêcher l'effet de la liberté.

25. *Le même au liv. 9 des Réponses.*

La liberté fidéicommissaire ne peut pas être différée sous prétexte que l'esclave a divergi les effets de la succession, ou mal géré les affaires.

1. Si l'héritier chargé d'une liberté fidéicommissaire ne l'a pas donnée, son héritier, qui remettra la succession au fidéicommissaire en vertu du sénatus-consulte Trébellien, sera forcé de donner cette liberté si l'esclave le choisit pour son patron.

2. J'ai répondu qu'un fils de famille qui est ou qui a été dans le service militaire, et qui accepte la succession de son père, étoit obligé d'affranchir un esclave faisant partie de son pécule castrense, à qui le père a voulu par paroles de fidéicommiss que ses enfans, qui étoient ses héritiers légitimes, donnassent la liberté; parce que le défunt a pensé affranchir son propre esclave après l'avoir donné à son fils. Le frère en ce cas, qui est cohéritier du frère maître de l'esclave, n'est point tenu de lui rendre partie du prix de l'esclave, ce seroit contrevenir à la volonté du père. Cette erreur du père n'oblige pas le fils à rapporter les autres choses qu'il a reçues de son père en partant pour l'armée à son frère qui est resté sous la puissance du père; parce que le fils, succédant avec les autres héritiers légitimes, garde son pécule castrense par préciput.

3. Lorsqu'un fils a été chargé de donner, quand il seroit parvenu à un certain âge, la liberté à un esclave, s'il vient à mourir avant cet âge, son héritier est obligé de

sunt, alii ex justa causa absunt, nonnulli frustrandi gratia fideicommissi copiam sui non faciunt: aut ei qui libertatem debuit, heres non extitit, aut suus hereditate se abstinnit: prætor pronunciat debet, *ex testamento Lucii Titii fideicommissam libertatem competere.* Idque senatusconsulto demonstratum est, quo senatusconsulto comprehensum est, ne dubium et obscurum esset cujus libertus fieret, prætorem pronunciat debere, qui ex justa causa, et qui detractandæ libertatis gratia absit.

23. *Idem lib. 9 Responsorum.*

Fidéicommissaria libertas prætextu compilatæ hereditatis, aut rationis gestæ non differtur.

De compilata hereditate. De ratione gesta.

§. 1. Fidéicommissariam libertatem ab herede non præstitam cogendus est heredis heres, qui restituit ex Trebelliano senatusconsulto hereditatem, præstare, si ejus personam eligat, qui manumittendus est.

De herede heredis, et ad senatusconsultum Trebellianum.

§. 2. Servum peculii castrensis, quem pater fideicommissi verbis à *legitimis filiis heredibus liberari* voluit, filium militem, vel qui militavit, si patris heres extitit, manumittere cogendum, respondi: quoniam proprium manumisisse defunctus post donationem in filium collatam existimavit. Portionem enim à fratre domino fratrem eundemque coheredem citra damnum voluntatis redimere non cogendum: nec ob eundem errorem cætera quæ pater in militiam profecturo filio donavit, fratri qui mansit in potestate, conferenda: cum peculium castrense filius etiam inter legitimos heredes præcipuum retineat.

De castrensi peculio.

§. 3. Etiam fideicommissaria libertas à filio post certam ætatem ejus data, si ad eam puer non pervenit, ab herede filii præstituta die reddatur: quam sententiam

De die.

jure singulari receptam, ad cætera fideicommissa relicta porrigi non placuit.

De die et conditione.

§. 4. Servum à filio post quinque annos, si eo tempore mercedem diurnam filio præstitisset, manumitti voluit. Biennio proximo vagatus, non præstiterat. Conditione defectus videbatur. Si tamen heres filius, aut tutores ejus, ministerium servi per biennium eligissent, eam rem ex præterito, quod per heredem stetisset, impedimento residuæ conditioni non esse constitit.

24. Ulpianus lib. 5 Fideicommissorum.

Qui possunt fideicommissariam libertatem adscribere.

Generaliter dicemus eos posse fideicommissariam libertatem adscribere, qui fideicommissum pecuniarium possunt relinquere.

De servo principis vel municipii, vel cujusvis alterius.

§. 1. Et principis servo, vel municipii, et cujusvis alterius, fideicommissa libertas adscripta valet.

De servo hostium.

§. 2. Hostium servo si fideicommissaria libertas fuerit adscripta, potest tractari, an non sit inefficax? Et fortassis quis dixerit, indignum esse, civem Romanum fieri hostium servum. Sed si in casum relinquatur, in quem noster esse incipit: quid prohibet dicere libertatem valere?

De homine libero.

§. 3. Si homini libero fuerit libertas per fideicommissum adscripta, et is in servitutem redactus proponatur, petere potest libertatem: si modò mortis tempore, vel conditionis existentis inveniat servum.

De servo posthumi.

§. 4. Servo ejus qui nondum in rebus humanis est, libertas rectè per fideicommissum relinquatur.

De servo damnato in metallum.

§. 5. Si servus in metallum fuerit damnatus, libertatem sperare non poterit. Quid ergo, si fideicommissaria libertas et relicta sit, et pœna metalli indulgentia principis sit liberatus? Et est rescriptum ab imperatore nostro, hunc in dominium prioris domini non restitui. Cujus tamen sit, non adjicitur. Certè, cum fisci efficiatur, sperare potest fideicommissariam libertatem.

Vel concepto

§. 6. Ex damnata in metallum concepto et

donner la liberté au jour marqué. Cette décision, qui a lieu extraordinairement en matière de libertés, ne doit pas être étendue aux autres espèces de fideicommissis.

4. Un testateur a voulu que son fils affranchit un esclave après cinq ans, si pendant ce temps il lui rendoit tant par jour. Au bout de deux ans l'esclave a été courir et n'a pas payé. La condition manque. Si cependant le fils héritier ou son tuteur avoit choisi en placé d'argent les services de l'esclave pour deux ans, comme ce seroit par le fait de l'héritier que le reste de la condition n'auroit pas été remplie, la liberté n'en souffriroit aucun préjudice.

24. Ulpian au liv. 5 des Fideicommissis.

On doit dire en général que tous ceux qui peuvent laisser une somme par fideicommissis peuvent également laisser une liberté fideicommissaire.

1. La liberté fideicommissaire laissée à l'esclave même du prince, d'un corps de ville, ou de tout autre est valable.

2. On peut demander si la liberté fideicommissaire laissée à celui qui est esclave des ennemis n'est pas sans effet? Quelqu'un dira que l'esclave d'un ennemi n'est pas digne de devenir citoyen Romain. Mais si on lui laisse cette liberté dans le cas où il deviendroit notre allié, qui empêche que la concession de la liberté ait son effet?

3. Si la liberté a été laissée par fideicommissis à une personne libre, et qu'elle soit depuis tombée dans la servitude, elle pourra demander la liberté, pourvu qu'elle ait été esclave au temps de la mort ou lors de l'événement de la condition.

4. On peut laisser valablement par fideicommissis la liberté à l'esclave d'un enfant qui n'est pas encore né.

5. Si l'esclave qu'on devoit affranchir est condamné aux mines, il ne peut espérer sa liberté. Qu'arrivera-t-il donc si la liberté lui est laissée par fideicommissis, et que le prince lui ait accordé la remise de la peine à laquelle il a été condamné? Notre empereur a décidé qu'il ne seroit pas réintégré sous la puissance de son premier maître. Cependant le rescrit ne dit pas à qui il appartiendra. Mais, comme il appartient au fisci, il pourra espérer la liberté fideicommissaire.

6. On peut donner la liberté par fideicommissis

commis à un esclave conçu et né d'une femme condamnée au travail des mines. Qu'y a-t-il là d'étonnant, puisque l'empereur Antonin a décidé qu'il pouvoit être vendu comme esclave ?

7. Si le testateur a demandé que Stichus ne fût plus en servitude par la suite, on a décidé qu'il étoit censé lui laisser la liberté par fidéicommis. Car demander qu'un esclave ne soit plus en servitude, c'est demander qu'on lui donne la liberté.

8. Il faudra dire la même chose si le testateur a dit, mon héritier n'aliénera pas, ne vendra pas un tel esclave, pourvu que le testateur en parlant ainsi ait eu intention de lui procurer la liberté. Car s'il a eu une autre intention : par exemple s'il a voulu conseiller à l'héritier de conserver pour lui cet esclave, ou s'il a voulu tourmenter l'esclave pour qu'il ne pût tomber sous un maître plus doux, ou dans tout autre dessein que celui de lui procurer la liberté, on doit décider que l'héritier n'est point obligé de donner la liberté. C'est ce qu'écrivit Celse au livre vingt-trois du digeste. En effet ce ne sont pas seulement les termes du fidéicommis, c'est l'intention du testateur qui donne la liberté fidéicommissaire. Mais, comme on présume toujours que le testateur a voulu laisser la liberté, c'est à l'héritier à prouver la volonté contraire.

9. Si un testateur nomme pour tuteur un esclave, parce qu'il le croyoit libre, il est bien certain qu'il ne peut pas demander sa liberté, et que la tutelle qui lui est déléguée n'est pas un titre dont il puisse se servir. Marcellus le décide ainsi au livre quinze du digeste, et il y a un rescrit de notre empereur et de son père conforme à cette décision.

10. Si un maître donne la liberté directe à son esclave qu'il a engagé à son créancier, on pourroit dire, en s'attachant à la subtilité du droit, que cette concession est nulle. Cependant en ce cas l'esclave pourra demander sa liberté à l'héritier, comme si elle lui avoit été laissée par fidéicommis. Car la faveur de la liberté demande que nous interprétions cette disposition, et que les termes du testament servent pour la demande de la liberté, comme si elle avoit été laissée par fidéicommis. En effet on sait qu'on a intro-

et nato fideicommissaria libertas dari poterit. Quid mirum, cum etiam venundari eum posse quasi servum divus Pius rescripsit ?

et nato ex damnata iu. n.etalum.

§. 7. Si petium à testatore fuerit, ne postea Stichus serviret, placuit fideicommissariam libertatem datam videri. Nam qui hoc petit, ne postea serviat, videtur petere, ut libertas ei præstetur.

De petitione ne postea serviat.

§. 8. Sed et si ita scripsit, ne eum alienes, ne eum vendas: idem erit dicendum, si modò hoc animo fuerit adscriptum, quòd voluerit eum testator ad libertatem perducere. Cæterum si alia mente id scripsit (utputà quia consilium dabat heredi retinere talem servum, vel quia coercere voluit servum, et cruciare, ne meliorem dominum experiatur, vel aliqua mente, non tribuendæ libertatis animo): dicendum est cessare libertatis præstationem. Et ita Celsus libro vicesimotertio digestorum scribit. Non tantum enim verba fideicommissi, sed et mens testatoris tribuere solet libertatem fideicommissariam. Sed cum ex præsumptione libertas præstita esse videtur, heredis est contrariam voluntatem testatoris probare.

De prohibito alienari.

§. 9. Si quis tutorem ideo scripserit, quia liberum putavit: certissimum est, neque libertatem peti posse, neque tutelam libertatis præstationi patrocinari. Et ita et Marcellus libro quintodecimo digestorum, et imperator noster cum patre rescripsit.

De tutore.

§. 10. Si quis servo pignerato directam libertatem dederit: licet videtur jure subtili inutiliter reliquisse, attamen, quasi et fideicommissaria libertate relicta, servus petere potest, ut ex fideicommissis liber fiat. Favor enim libertatis suadet, ut interpretemur, et ad libertatis petitionem procedere testamenti verba, quasi ex fideicommissis fuerat servus liber esse jussus. Nec enim ignotum est, quòd multa contra juris rigorem pro libertate sint constituta.

De servo pignerato. De favore libertatis.

De agnatione
postumæ.

§. 11. Ex testamento quod adnatione postumæ ruptum esse constitit, neque directas libertates competere, neque fideicommissarias deberi, si quas non à legitimis quoque heredibus paterfamilias reliquerit, satis constat.

De legatario
rogato manu-
mittere.

§. 12. Si quis alienum vel suum servum rogatus sit manumittere, et minus sit in eo quod accepit, iudicio testatoris: plus sit in pretio servi an cogatur vel alienum redimere, vel suum manumittere, videndum est? Et Marcellus scripsit, cum ceperit legatum, cogendum omnimodo suum manumittere. Et sanè hoc jure utimur, ut multum intersit, suum quisque rogatus sit manumittere, an alienum. Si suum, cogetur manumittere, etiam si modicum accipit. Quòd si alienum, non aliàs erit cogendus, quàm si tanti possit redimere, quantum ex iudicio testatoris consecutus sit.

Si quid deduc-
to ære alieno ad
heredem pervenit,
vel non.

§. 13. Proinde consequenter Marcellus ait, eam quoque qui heres institutus est, si quidem aliquid ad eum deducto ære alieno pervenit, cogendum esse suum manumittere: si verò nihil pervenit, non esse cogendum.

De legatario
rogato manu-
mittere.

§. 14. Planè si fortè minus relictum est alicui, verùm crevit legatum ex aliqua causa: æquissimum erit, tanti eum cogi redimere, quantum ad eum pervenit: nec causari debere, quod minus illi relictum sit, cum creverit ejus legatum per testamenti occasionem. Nam et si ex mora fructus usuræve fideicommisso accessissent, dicendum est libertatem præstandam.

§. 15. Proinde et si servi pretium crevit, dicendum est redimere cogendum.

§. 16. Quòd si legatum sit imminutum, videndum est an cogatur servum manumittere, qui speravit legatum uberius consecuturum? Et putem, si legatum refun-

duit bien des choses en faveur de la liberté contre la disposition rigoureuse du droit commun.

11. Il est assez constant que les libertés directes ou fideicommissaires laissées dans un testament qui a été rompu par la naissance d'un posthume ne sont pas dues, si le père de famille n'en a pas chargé ses héritiers légitimes.

12. Si quelqu'un est chargé d'affranchir son esclave ou un esclave appartenant à autrui, et qu'il reçoive moins de la libéralité du testateur que ne vaut l'esclave, sera-t-il néanmoins obligé d'affranchir le sien ou de racheter celui qui appartient à autrui? Marcellus écrit que dès qu'il aura accepté le legs, il doit absolument être forcé à affranchir son esclave. Et on l'observe ainsi dans l'usage: en sorte qu'il faut bien distinguer s'il est chargé d'affranchir son esclave ou celui d'autrui. S'il est chargé d'affranchir le sien, il est obligé de le faire quand même il auroit reçu peu de chose. S'il est chargé d'affranchir l'esclave d'autrui, il ne doit y être forcé qu'autant qu'il pourra avoir cet esclave pour une somme égale à celle qu'il tient de la libéralité du défunt.

13. En conséquence Marcellus décide que si l'héritier institué est chargé d'affranchir son esclave, il peut y être forcé s'il touche quelque chose de la succession toutes les dettes payées; s'il ne touche rien, il ne peut y être forcé.

14. Si on avoit laissé à quelqu'un moins que ne vaut l'esclave, mais que le legs se trouve augmenté depuis par quelque raison, l'équité veut qu'il soit obligé à donner pour prix de l'esclave tout ce qu'il touche; et il ne peut pas exciper de ce qu'on lui a laissé moins, puisque c'est à l'occasion du testament que son legs se trouve augmenté. Car si l'héritier ayant différé de payer le fideicommis, les fruits ou les intérêts venoient à être ajoutés au capital, on décideroit que la liberté doit être fournie.

15. Par conséquent, si le prix de l'esclave est diminué on doit le racheter.

16. Mais si le legs a été diminué, celui qui a cru toucher un legs plus considérable est-il obligé d'affranchir l'esclave? Je pense qu'il n'y est pas obligé s'il offre de

rendre le legs. Pourquoi? C'est qu'il a accepté le legs sous un autre point de vue, et que c'est contre son attente qu'il se trouve diminué. Par conséquent, s'il est prêt à abandonner le legs, on doit le lui permettre : à moins que ce qui lui reste du legs ne soit suffisant pour payer le prix de l'esclave.

17. Mais que faut-il décider s'il est chargé d'affranchir plusieurs esclaves, et que ce qu'il touche du défunt suffise pour en affranchir quelques-uns, mais non pas pour les affranchir tous? Sera-t-il obligé d'en affranchir quelques-uns? Je crois qu'on peut le forcer à en affranchir autant que la somme le pourra permettre. Mais qui est-ce qui décidera lesquels seront affranchis de préférence? Sera-ce le légataire ou l'héritier? Quelqu'un pourroit dire, avec raison, qu'il faudra suivre l'ordre du testament. Si cet ordre n'est pas bien marqué, il faudra faire tirer les esclaves au sort, afin que le préteur ne soit pas soupçonné de favoriser personne par intérêt ou par affection; ou bien le préteur se fera rendre compte de leur mérite personnel et se décidera en conséquence.

18. Il faudra décider la même chose dans le cas où le légataire sera chargé de racheter plusieurs esclaves appartenans à autrui et de les affranchir, si la somme léguée ne suffit pas pour les racheter tous : c'est le même cas que le précédent.

19. On a fait un legs à quelqu'un, et on l'a chargé d'affranchir son esclave et de lui remettre le legs : est-il obligé de fournir la liberté fidéicommissaire? Ce qui arrête quelques-uns, c'est que si on force ce légataire à donner la liberté à son esclave, il faudra le forcer aussi à lui remettre le legs, comme il en est chargé par fidéicommissis; mais il y en a d'autres qui pensent qu'il ne doit pas y être forcé. Car si on m'avoit légué une somme et qu'on m'eût chargé de la rendre à l'instant à Titius, et de plus d'affranchir mon esclave, on diroit sans doute que je ne suis pas obligé à donner la liberté à mon esclave, puisqu'il ne me reste rien qui puisse me tenir lieu du prix. Mais si le légataire n'étoit chargé de remettre son legs au fidéicommissaire qu'après un certain temps, on pourroit dire que comme il profite du legs pendant le

dere sit paratus, non esse cogendum : idcirco, quia alia contemplatione agnovit legatum, quod ex inopinato deminutum est. Parato igitur ei à legato recedere, concedendum erit : nisi fortè residuum legatum ad pretium sufficit.

§. 17. Quid ergo, si plures servos rogatus sit manumittere, et ad quorumdam pretium sufficiat id quod relictum est, ad omnium non sufficiat? An cogendus sit quosdam manumittere? Et putem debere eum cogi, vel eos quorum pretium patiat, manumittere. Quis ergo statuet, qui potius manumittitur? utrumne ipse legatarius eligat, quos manumittat, an heres est? Et fortassis quis rectè dixerit *ordinem scripturæ sequendum*. Quòd si ordo non pareat, aut sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis, vel gratiæ suspensionem prætor subeat, aut meritis cujusque allegatis arbitrari eos oportet.

§. 18. Simili modo dicendum est, et si redimere jussus sit, libertatemque præstare, nec pecunia quæ legata est, sufficiat ad redemptionem omnium quibus libertas data est : nam et hic idem erit, quod supra probavimus.

§. 19. Si cui legatum sit relictum. isque rogatus sit servum proprium manumittere, et id quod legatum est, præstare : an fideicommissaria libertas præstanda sit? Quosdam movet, quia si fuerit coactus ad libertatem præstandam, ex necessitate ad fideicommissi quoque præstationem erit cogendus : et si qui putant non esse cogendum. Nam et si mihi legatum fuisset relictum, et id rogatus essem Titio restituere confestim, et præterea fideicommissam libertatem servo meo præstare : sine dubio diceremus non esse me cogendum ad libertatis præstationem : quia nihil pretii nomine videor accepisse. Planè si fortè post tempus fuerit rogatus restituere sibi legatum relictum, dici potest, propter mediæ temporis fructum cogendum eum manumittere.

§. 20. Si rogatus quis *aliū fundum, cūm morietur, aliū centum præstare*, si tantum ex fructibus fundi perceperit, quantum est in fideicommisso, cogendum eum præstare : sic fit ut sit in pendenti fideicommissum pecuniarium, et fideicommissæ libertatis præstatio.

De alienatione
et usucapione.

§. 21. Quotiens autem fideicommissa libertas relinquitur efficaciter, in ea causa est, ut neque alienatione, neque usucapione extingui possit : ad quemcunque enim pervenerit is servus cui fideicommissa libertas relicta est, cogi eum manumittere. Et ita est sæpissime constitutum. Cogetur igitur is ad quem servus pervenerit, fideicommissam libertatem præstare, si hoc maluit is qui rogatus est : latius enim acceptum est, ut etsi sub conditione fuit ei libertas relicta, et pendente conditione alienatus sit, attamen cum sua causa alienetur. Quòd si nolit ab eo manumitti, sed potius ab eo velit ad libertatem perducī, qui erat rogatus eum manumittere : audiri eum oportere, divus Hadrianus et divus Pius rescripserunt. Quinimò et si jam manumissus est, velit tamen potius ejus libertus fieri, qui erat rogatus eum manumittere : audiendum eum, divus Pius rescripsit. Sed et si ex persona manumissoris, vel ex quacunque causa manumissus ostendere potest jus suum lædi manumissione, vel etiam læsum : succurri ei ex his constitutionibus oportet, ne contra voluntatem defuncti durior ejus conditio constituatur. Planè si ea sit defuncti voluntas, ut vel à quocunque manumitti voluerit : dicendum est constitutiones suprascriptas cæsare.

25. *Paulus lib. 3 Fideicommissorum.*

Si heres qui vendidit servum, sine successore decesserit, emptor autem ex-

temps intermédiaire, il peut être forcé à affranchir son esclave,

20. Si quelqu'un est chargé par fideicommiss de donner à sa mort à l'un un fonds, à l'autre une somme de cent, il sera forcé à payer le fideicommiss s'il a touché autant des fruits du fonds qu'il est obligé de donner par fideicommiss : en sorte qu'en ce cas il est douteux de savoir si l'argent et la liberté laissés par fideicommiss seront dus.

21. Toutes les fois que la liberté fideicommissaire est laissée utilement, elle ne peut être éteinte ni par l'aliénation ni par la prescription de l'esclave : car, en quelques mains que passe l'esclave à qui la liberté fideicommissaire est laissée, on est forcé de l'affranchir. Les princes l'ont souvent décidé ainsi dans leurs constitutions. Par conséquent celui à qui l'esclave aura passé sera tenu de lui fournir la liberté fideicommissaire, si celui qui en est chargé par testament l'aime mieux : car, par une interprétation plus étendue, on décide que quand la liberté seroit accordée à l'esclave sous une condition, et que lors de l'événement de la condition l'esclave se trouveroit appartenir à autrui, il n'a pu être aliéné qu'à la charge de la liberté conditionnelle. Si l'esclave ne veut point être affranchi par son nouveau maître, mais par celui qui est chargé par le défunt de l'affranchir, les empereurs Adrien et Antonin ont décidé dans un rescrit qu'on devoit faire droit à sa demande. L'empereur Antonin a même décidé que quand il auroit déjà été affranchi par son nouveau maître, et qu'il demanderoit à l'être par celui qui en est chargé, on devoit admettre sa requête. Si l'affranchi peut prouver que son droit doit recevoir ou a déjà reçu quelqu'atteinte par le fait de celui qui l'affranchit ou par quelque'autre cause, les constitutions veulent qu'on vienne à son secours, afin qu'on ne rende pas sa condition plus dure contre la volonté du testateur. Si l'intention du testateur a été que l'esclave fût affranchi indistinctement par quelque personne que ce soit, les constitutions dont nous venons de parler n'auront pas lieu.

25. *Paul au liv. 3 des Fideicommiss.*

Si l'héritier qui a aliéné l'esclave est mort sans successeur, et que l'acheteur existant

l'esclave ne veuille pas être son affranchi, mais qu'il demande à être l'affranchi du défunt, Valens a décidé qu'il ne devoit pas être écouté, parce que l'acheteur ne doit pas perdre le prix qu'il a donné et le droit de patronage.

26. *Ulpian au liv. 5 des Fidéicommiss.*

Si celui qui est chargé d'affranchir son esclave, venant à mourir ou ayant souffert la confiscation de ses biens, fait passer l'esclave à un autre, il y aura lieu à la constitution du prince, de peur que la liberté laissée par fidéicommiss ne souffre quelque préjudice. En effet un particulier ayant été chargé de donner à sa mort la liberté à son esclave, et étant mort sans la lui avoir donnée, on a décidé qu'on devoit traiter cet esclave comme si le défunt l'avoit mis en liberté; car il a pu lui laisser dans son testament la liberté même directe. Il s'ensuit delà que toutes les fois que celui qui a reçu la liberté par fidéicommiss est affranchi par un autre que celui qui étoit chargé de l'affranchir, il peut réclamer la disposition de l'ordonnance et doit être regardé comme ayant été affranchi par celui qui en étoit chargé; parce que les libertés fidéicommissaires sont favorables, et que lorsqu'elles sont laissées, elles ne doivent pas être privées de leur effet, puisque ceux à qui elles sont données sont dans l'intervalle en possession de la liberté.

1. On voit donc qu'on a favorisé les libertés fidéicommissaires, et qu'on doit regarder le délai qu'on y apporte comme venant de la chose même; de sorte qu'à compter du jour où la liberté a pu être demandée les enfans nés d'une esclave affranchie doivent être donnés à leur mère pour être par elle affranchis, et du jour que la liberté a été demandée ces enfans naissent libres. Car il arrive souvent ou que la liberté est demandée plus tard, ou même qu'elle n'est pas demandée du tout par la négligence ou la timidité de ceux à qui elle est laissée, ou à cause du crédit et de la dignité de ceux qui sont chargés de la donner: ce qui porte préjudice aux libertés. Ainsi ce que nous avançons se réduit à dire que les enfans naissent libres du moment qu'on a apporté quelque délai à l'affranchissement de leur mère, et qu'ils doivent être affranchis du moment que la mère

tet, et velit servus defuncti libertus esse, non emptoris: non esse eum audiendum, Valens scripsit, ne emptor et pretium et libertum perdat.

26. *Ulpianus lib. 5 Fideicommissorum.*

Cum verò is qui rogatus (non) est *alienum servum manumittere*, mortalitatis necessitate, vel bonorum publicatione, ad alium servum perduxit: magis opinor, constitutionibus esse locum, ne deterior conditio fideicommissæ libertatis fiat Nam et cum quidam rogatus esset, *cum moreretur servum manumittere*; isque decessisset libertate servo non data: perinde eum habendum, constitutum est, atque si ad libertatem ab eo perductus esset. Potest enim eo testamento dare libertatem, utique directam. Sic fit, ut quotiens quis libertatem accepit fideicommissariam, si ab alio quam qui erat rogatus manumittatur, auxilium constitutionum habeat, perindeque habeatur atque si ab eo manumissus fuisset: quoniam fideicommissis libertatibus favor exhibetur, nec interdicare solet destinata fideicommissa libertas: qui enim ea donatus est, in possessionem libertatis interim esse videtur.

De servo mortalitatis necessitate, vel bonorum publicatione ad alium perducto. De rogato manumittere cum moreretur. De manumisso ab alio, quam ab eo qui rogatus est. De favore et effectu fideicommissariæ libertatis.

§. 1. Apparet igitur subventum fideicommissis libertatibus, ut in re mora facta esse his videatur; et ex die quidem quo libertas peti potuit, matri traderentur manumittendi causa; ex die verò quo petita est, ingenui nascantur. Plerumque enim per ignaviam vel per timiditatem eorum quibus relinquitur libertas fideicommissa, vel ignorantiam juris sui, vel per auctoritatem et dignitatem eorum à quibus relicta est, vel serius petitur, vel in toto non petitur fideicommissa libertas: quæ res obesse libertati non debet. Quod igitur defendimus, ita determinandum est, ut ingenui quidem exinde nascantur, ex quo mora libertati facta est: manumitti autem partum dici debeat, ex quo peti libertas potuit: quamvis non sit petita. Certè minoribus vigintiquinque annis, et in hoc tribuendum est auxilium, ut videat-

De mora.

tur in re mora esse : nam qua ratione decretum, et à divo Severo constitutum est, in re moram esse circa pecuniaria fideicommissa, quæ minoribus relicta sunt, multo magis debet etiam in libertatibus hoc idem admitti.

§. 2. Cùm quidam Cæcilius ancillam quam pignori obligaverat, dimisso creditore, per fideicommissum manumitti voluisset, et heredibus creditorem non liberantibus, infantes qui postea erant editi, venissent à creditore : Imperator noster cum patre rescripsit, *secundum ea quæ divo Pio placuerint, ne pueri ingenuitate destinata fraudarentur, pretio emptori restituto perinde eos ingenuos fore, ac si mater eorum suo tempore manumissa fuisset.*

§. 3. Idem Imperator noster cum patre rescripsit, *si post quinquennium mortis testatoris tabula testamenti aperta essent, vel codicilli, et partus medio tempore editus sit : ne fortuita mora servitutem partui irrogaverit, matri partum tradendum, ut ab ea ad libertatem perducatur.*

§. 4. Apparet igitur ex hoc rescripto, item eo quod à divo Pio rescriptum diximus, noluisse eos moram libertati fortuitam nocere edito ex ea, cui fideicommissa libertas data est.

§. 5. Non tamen si à substituto impuberis fideicommissa libertas data sit ancillæ, quæ vivo impubere partum ediderit : vel si post tempus, vel sub conditione libertatem acceperit, et ante diem vel conditionem partum ediderit, ad libertatem partus perducatur : quia horum alia conditio est : non enim moram fortuitam, sed ex voluntate testantis passi sunt.

a pu demander sa liberté quoiqu'elle ne l'ait pas demandée. A l'égard des mineurs de vingt-cinq ans on doit aussi venir à leur secours, et regarder le délai apporté aux libérés comme venant de la chose ; car, puisqu'on regarde ainsi le délai qu'on apporte à leur payer une somme qui leur est laissée par fideicommiss, on doit à plus forte raison décider la même chose dans le cas de la liberté.

2. Un certain Cécilius, qui avoit donné en gage une fille esclave qui lui appartenoit, a voulu qu'elle fût affranchie, et que le créancier fût satisfait. Les héritiers ayant différé de satisfaire le créancier, celui-ci a fait vendre les enfans qui étoient nés depuis de cette fille esclave. Notre empereur et son père ont décidé dans un rescrit que suivant la disposition de l'ordonnance de l'empereur Antonin, les enfans ne devoient pas être privés de l'ingénuité à laquelle ils étoient appelés ; qu'en conséquence le prix seroit rendu à l'acheteur, et les enfans regardés pour ingénus, comme si leur mère avoit été affranchie au temps de leur naissance.

3. Voici une autre décision contenue dans un rescrit de notre empereur et de son père. On avoit ouvert un testament ou un codicille plus de cinq ans après la mort du testateur ; pendant ce temps une esclave affranchie est accouchée. L'enfant doit être donné à la mère pour être par elle affranchi, afin que le délai occasionné par hasard ne retienne pas cet enfant dans la servitude.

4. On voit donc par ce rescrit et par celui de l'empereur Antonin dont nous avons parlé, que les princes n'ont pas voulu que le délai occasionné par hasard à la prestation de la liberté portât préjudice à l'enfant né de l'esclave à qui la liberté a été laissée par fideicommiss.

5. Il n'en sera cependant pas de même à l'égard d'un enfant né d'une fille esclave que le testateur a voulu être affranchie par celui qu'il a substitué à son fils impubère, si la mère est accouchée du vivant de l'impubère ; ou si la mère ayant été affranchie après un certain temps ou sous une certaine condition est accouchée avant l'événement du temps ou de la condition : ces enfans ne seront pas mis en liberté ; parce que le délai apporté à l'affranchissement de la mère n'est pas occasionné par le hasard, mais par la volonté du testateur.

6. Un esclave ayant été légué à quelqu'un , et la liberté ayant été laissée à ce même esclave par fidéicommiss , le legs de l'esclave s'est trouvé de nature à être regardé comme non-écrit : on demande si la liberté laissée par fidéicommiss doit également tomber, soit que l'esclave demande sa liberté à celui sous la puissance duquel il seroit resté si le legs fait à celui qui étoit chargé de l'affranchir n'eût pas été regardé comme non-écrit , soit que l'esclave ayant été légué lui-même , comme nous l'avons dit, demande sa liberté au légataire? Je pense qu'on doit décider que le fidéicommiss de la liberté subsiste, quoique celui qui étoit chargé de la donner ne touche rien de la libéralité du testateur. Ainsi celui qui profitera du legs sera obligé d'affranchir l'esclave, parce que la liberté fidéicommissaire ne doit souffrir aucun obstacle.

7. On a favorisé les libertés fidéicommissaires dans un sénatus-consulte fait du temps de l'empereur Trajan, sous le consulat de Rubrius-Gallus et Cælius Hispon : En voici la disposition. « Si ceux qui sont chargés de donner les libertés étant appelés devant le préteur refusent de s'y rendre, et que le préteur prononce que les libertés sont dues, les esclaves jouiront du même état que s'ils eussent été affranchis directement ».

8. Ce sénatus-consulte concerne ceux à qui la liberté est due en vertu d'un fidéicommiss. Ainsi, si la liberté n'est pas due, et qu'on ait obtenu le jugement du préteur sur un faux exposé, la liberté n'a pas lieu. Notre empereur et son père l'ont décidé ainsi dans un rescrit.

9. Il faut appeler devant le préteur ceux qui doivent la liberté en vertu d'un fidéicommiss ; s'ils ne sont point appelés, il n'y a pas lieu à la disposition du sénatus-consulte Rubrien. Par conséquent ils doivent être appelés par des sommations, des assignations juridiques ou par des lettres.

10. Ce sénatus-consulte s'étend à tous ceux qui devant donner les libertés laissées par fidéicommiss se cachent. Ainsi quiconque est chargé, soit héritier, soit tout autre, il y a lieu à la disposition du sénatus-consulte, qui concerne tous ceux qui sont débiteurs d'une liberté laissée par fidéicommiss.

§. 6. Si pro non scripto habitus sit servus alicui legatus, cui servo per fideicommissum libertas adscripta est: questionis est, num fideicommissa libertas debeat interdici? et an si servus petat fideicommissam libertatem ab eo penes quem remansisset, pro non scripto habito legato, quod erat relictum ei qui eum rogatus fuerat manumittere: vel si ipse servus, ut supra dictum est, fuit legatus, an libertas non debeat interdici? Et putem debere dici fideicommissam libertatem salvam esse, licet ad eum nihil pervenit, qui eum rogatus erat manumittere. Cogetur igitur libertatem præstare is ad quem pervenit legatum: quia libertas fideicommissa nullum impedimentum pati debet.

De legato habito pro non scripto.

§. 7. Subventum libertatibus est senatusconsulto, quod factum est temporibus divi Trajani, Rubrio Gallo et Cælio Hispano consulibus, in hæc verba: *Si hi, à quibus libertatem præstari oportet, evocati à prætore adesse noluerint; si causa cognita prætor pronunciansset libertatem his deberi: eodem jure statum servari, ac si directò manumissi essent.*

Ad senatusconsultum Rubrianum. Scopus, tempus et verba.

§. 8. Hoc senatusconsultum ad eos pertinet, quibus ex causa fideicommissi libertas debeatur. Proinde si libertas non deberetur, obreptum tamen prætori est de libertate, pronunciatumque: ex hoc senatusconsulto libertas non competit. Et ita imperator noster cum patre suo rescripsit.

Si libertas debeat, vel non.

§. 9. Evocari autem à prætore oportet eos, qui fideicommissam libertatem debent: cæterum nisi fuerint evocati, cessat Rubrianum senatusconsultum. Proinde denunciationibus et edictis litterisque evocandi sunt.

De evocatione.

§. 10. Hoc senatusconsultum ad omnes pertinet latitantes, quos fideicommissam libertatem præstare oportet. Proinde sive heres rogatus, sive quis alius, senatusconsulto locus est: omnes enim omnino qui debent fideicommissam libertatem præstare, in ea causa sunt, ut ad senatusconsultum pertineant.

De absentia,

Vel presentia
rogati manumit-
tere.

§. 17. Quare si heres quidem latitet, legatarius autem vel fideicommissarius qui rogatus sit libertatem præstare, præsens sit : senatusconsultum deficit, et nihilominus impediatur libertas. Proponamus enim legatarium nondum dominium servi nactum esse.

27. *Paulus lib. 3 Fideicommissorum.*

Itaque hoc casu princeps adeundus est, ut et in hoc casu libertati prospiciatur.

28. *Ulpianus lib. 5 Fideicommissorum.*

De absentia
emptoris, et
presentia vendi-
toris.

Si eum servum cui erat fideicommissa libertas relicta, distraxerit is qui erat rogatus : et emptor quidem latitet, is autem qui rogatus erat, præsens sit, an Rubriano senatusconsulto locus sit ? Et ait Marcellus Rubrianum locum habere : quia abest quem manumittere oportet.

De his qui non
latitant, sed ve-
nire contem-
nunt.

§. 1. Hæc autem verba, *adesse noluit*, non utique exigunt ut latitet is qui libertatem præstare debet : nam et si non latitet, contemnat venire, senatusconsultum locum habebit.

De pluribus
heredibus.

§. 2. Idem observatur etiam si plures heredes constituti fideicommissam libertatem præstare rogati, non justa ex causa abesse pronuntiatum fuerit.

Quorum sit
libertus.

§. 3. Eorum qui ex justa causa abesent, et eorum qui præsentibus fideicommissæ libertatis moram non faciunt, perinde libertus erit, atque si soli rogati ad justam libertatem perduxissent.

Senatusconsultum
Junceianum.

§. 4. Si quis servum non hereditarium rogatus manumittere latitet, factum est senatusconsultum *Æmilio Junco* et *Junio Severo* consulibus, in hæc verba : *Placere, si quis ex his qui fideicommissam libertatem ex quacunque causa deberent servo qui mortis tempore ejus qui rogavit, non fuerit, isque adesce negabitur, prætor cognoscat : et si in ea causa esse videbitur, ut si præsens esset, manumittere cogi deberet, id ita esse pronunciet. Cumque ita pronunciasset, idem juris erit, quod esset, si ita ut ex fideicommissa manumitti debuisset, manumissus esset.*

11. Conséquemment il n'y a pas lieu à la disposition de ce sénatus-consulte dans le cas où l'héritier se cacheroit, et où le légataire ou le fidéicommissaire chargé de donner la liberté se présenteroit ; l'absence de l'héritier forme cependant un obstacle à la liberté. Car nous supposons le cas où le légataire n'a point encore acquis la propriété de l'esclave.

27. *Paul au liv. 3 des Fidéicommiss.*

Ainsi, dans ce cas, il faut avoir recours au prince pour que la liberté ait son effet.

28. *Ulpien au liv. 5 des Fidéicommiss.*

Le sénatus-consulte Rubrien aura-t-il lieu dans le cas où celui qui est chargé de la liberté auroit vendu l'esclave et se cacheroit, si l'acheteur se présente ? Marcellus est d'avis que le sénatus-consulte a lieu, parce que celui qui est chargé d'affranchir ne se présente pas.

1. Ces paroles, refusent de se présenter, n'exigent pas absolument que celui qui est chargé des libertés se cache : car s'il ne se cache pas, mais qu'il méprise de comparoître, le sénatus-consulte aura lieu.

2. Il en sera de même si le prêteur prononce que plusieurs héritiers chargés par fidéicommiss de donner la liberté ne sont point absens pour une juste cause.

3. L'esclave sera l'affranchi de ceux qui sont absens pour juste cause et de ceux qui se présentent pour donner tout de suite l'effet à la liberté, comme si eux seuls l'eussent affranchis.

4. A l'égard de celui qui se cache étant chargé de donner la liberté à un esclave qui ne dépend point de la succession, on a fait un autre sénatus-consulte sous le consulat d'*Æmilius Juncus*, et de *Julius-Sévère*, dont voici la disposition : « Il est décidé que si quelqu'un de ceux qui sont chargés par fidéicommiss de donner à quelque titre que ce soit la liberté à un esclave qui n'appartenoit point au temps de la mort à celui qui a fait le fidéicommiss, refuse de se présenter, le prêteur doit prendre connoissance ; s'il voit que l'esclave soit dans le cas d'être affranchi, si celui qui en est chargé étoit présent, il doit prononcer que cela est ainsi ; et après qu'il aura prononcé l'esclave se trouvera être dans le même cas où il seroit s'il eût

eût été affranchi par celui qui en étoit chargé ».

5. On doit décider que quelqu'un est absent pour juste cause, quand la cause de son absence n'est point injuste; parce qu'il suffit qu'on ne soit pas absent en fraude de la liberté pour être réputé absent pour juste cause. Il n'est pas nécessaire d'être absent pour le service de la république. Ainsi, si celui qui est chargé de donner la liberté demeure dans un lieu différent de celui où elle est demandée, il n'est pas nécessaire de le faire venir; parce que s'il apparoît que la liberté est due, on peut prononcer en son absence qu'il est absent pour juste cause, et il ne perd pas les droits de patronage, car il est hors de doute que celui qui est chez lui, est absent de tout autre endroit pour juste cause.

29. *Paul au liv. 3 des Fidéicommiss.*

Si un esclave qui est dans le cas de devoir être affranchi en vertu d'un fidéicommiss, est aliéné, celui dont il est esclave doit en attendant l'affranchir. On ne distingue pas ici s'il est absent pour une cause juste ou injuste: car la liberté doit absolument avoir son effet.

30. *Ulpien au liv. 5 des Fidéicommiss.*

Le préteur a prononcé que quelqu'un qu'on regardoit comme absent étoit absent pour juste cause; dans le fait cet absent étoit mort. Notre empereur a décidé dans un rescrit que ce décret du préteur passoit à la personne de son héritier, comme si le préteur eût prononcé que l'héritier étoit absent pour juste cause.

1. Si un de ceux qui sont chargés de donner la liberté est en bas âge, le sénat a décidé que le défaut d'âge dans un seul de ceux qui sont chargés d'affranchir empêcheoit ceux à qui la liberté étoit due fussent libres.

2. Il faut dire la même chose s'il n'y a qu'un seul héritier institué et chargé de donner la liberté, lequel soit en bas âge et ne puisse parler.

3. Mais si c'est un pupille qui est chargé de donner la liberté, et que son tuteur ne veuille pas l'autoriser à cet effet, les empereurs ont décidé dans un rescrit que la li-

§. 5. *Ex justa causa abesse eos demum dicendum est, qui non habent injustam causam absentiae: cum sufficiat, quod non in fraudem libertatis absint, quò magis videantur ex justa causa abesse. Cæterum non est necesse ut reipublicæ causa absint. Proinde si alibi domicilium quis habeat, alibi petatur fideicommissaria libertas: dicendum est non esse necesse evocari eum qui fideicommissariam libertatem debere dicitur: quia etiam absente eo, si constiterit libertatem deberi, pronunciari potest justa de causa eum abesse, nec libertum perdit: namque eos, qui apud sedes suas et domicilium suum sunt, nemo dubitabit ex justa causa abesse.*

Qui dicuntur
ex justa causa
abesse.

29. *Paulus lib. 3 Fideicommissorum.*

Si quis, posteaquam in ea causa esse cœperit, ut ex fideicommissio manumitti deberet, alienatus sit: is quidem cujus interim servus erit, manumittere cogetur. Sed hic non distinguitur, justa, an non justa causa absit: omnimodò enim libertas ei servatur.

De alienatione.

30. *Ulpianus lib. 5 Fideicommissorum.*

Cum quasi absente quodam, decretum fuisset interpositum, ex justa causa eum abesse, is autem mortuus jam esset: imperator noster rescripsit, in heredis personam transferendum decretum: eo-que loco jus ejus esse, quasi hunc ipsum ex eadem causa abesse pronunciasset.

Si quasi absente eo, qui mortuus erat, decretum sit interpositum.

§. 1. Si infans sit inter eos qui manumittere debent, senatus censuit, cum unius ætas impedièrit, ut liberi liberæque sint hi quibus libertates ex causa fideicommissi præstari oportet.

De infante.

§. 2. Hoc idem erit dicendum, et si solus sit heres institutus, qui dari non potest.

§. 3. Si verò pupillus tutorem habet, isque nolit ad libertatem præstandam auctor esse: adeo non debet impedimento esse neque pupillo ut libertos non ha-

De pupillo.

beat, neque libertati, ut divi fratres rescripserint, ex causa fideicommissi libertatem præstari debere servo, perinde atque si ab ipso pupillo tutore auctore manumissus esset.

De infante.

§. 4. Quicumque igitur casus inciderit, quo is qui dari non potest, fideicommissæ libertati subjectus est, accommodabimus mentem senatusconsulti: quæ etiam ad heredem infantem rogati trahenda est.

§. 5. Adeundus est autem etiam ex hac causa prætor, præsertim cum rescripto divi Pii effectum est, ut si quidam ex rogatis præsentis sint, alii latent, alii ex causa absint: intercedente infantis persona, non omnium libertus efficiatur, sed tantum infantis, et eorum qui ex justa causa absunt, vel etiam præsentium.

§. 6. Si plures heredes sint instituti, et inter eos qui dari non potest, sed non ipse rogatus sit servum manumittere: non oportere intercidere libertatem ob hoc, quod coheredibus suis vendere eum infans non possit. Et exstat quidem senatusconsultum Vitrasianum. Sed et divus Pius Cassio Dextero rescripsit, ita rem explicari, ut partes servorum quibus per fideicommissum libertas data est, justo pretio æstimentur: atque ita servus ab his qui rogati sunt, manumittatur. Hi autem qui eos manumiserunt, pretii nomine perinde fratribus et coheredibus suis obligati erunt, atque si ob eam rem ex iudicati causa cum his agi possit.

De furioso.

§. 7. In furiosi persona divus Pius rescripsit fideicommissam libertatem non impediri sub conditione scripti heredis, quem compotem mentis non esse adfirmatur. Igitur si constiterit ei rectè datam per fideicommissum libertatem: decretum interponetur, quo idipsum complectatur.

De muto et surdo.

§. 8. Ad exemplum infantis ergo et in muto et in surdo subvenietur.

berté devoit être donnée à l'esclave comme s'il eût été affranchi par le pupille avec l'autorisation de son tuteur, parce que ce refus du tuteur ne doit pas nuire au pupille pour l'empêcher d'avoir des affranchis, ni aux libérés.

4. Ainsi toutes les fois qu'il arrivera qu'un enfant en bas âge, et qui n'a pas l'usage de la parole, sera chargé de donner la liberté, nous aurons recours à l'esprit du sénatus-consulte, qui s'étendra aussi à l'héritier de celui qui est chargé s'il est en bas âge.

5. Il faudra aussi dans ce cas s'adresser au préteur, sur tout depuis qu'en vertu du rescrit de l'empereur Antonin, il est décidé que si quelques-uns de ceux qui sont chargés de donner la liberté se présentent, d'autres se cachent, d'autres sont absents pour juste cause; et s'il y a de plus un enfant en bas âge, l'esclave ne devient pas l'affranchi de tous, mais seulement de l'enfant en bas âge, de ceux qui sont présents et de ceux qui sont absents pour juste cause.

6. S'il y a plusieurs héritiers institués et entre autres un qui soit en bas âge, et qui n'ait pas encore l'usage de la parole, mais qui n'ait point été chargé lui-même d'affranchir, la liberté ne doit pas être privée de son effet, par la raison que l'enfant en bas âge ne peut pas vendre sa portion sur l'esclave à ses cohéritiers. Il y a à ce sujet le sénatus-consulte Vitrasien. L'empereur Antonin a aussi décidé dans un rescrit adressé à Cassius Dexter que la chose devoit s'arranger ainsi: on doit estimer au juste les portions des esclaves qui doivent être affranchis; et après cette estimation l'esclave sera affranchi par ceux qui en sont chargés. Mais ceux qui auront affranchi seront obligés envers leurs frères ou cohéritiers à leur rendre le prix de leurs portions comme s'ils y avoient été condamnés par un jugement.

7. Par rapport aux furieux, l'empereur Antonin a décidé dans un rescrit que la liberté fideicommissaire n'étoit pas empêchée par l'état de l'héritier institué qui ne jouit pas de son bon sens. Par conséquent s'il apparoit que la liberté lui a été laissée valablement, il interviendra un décret qui le jugera ainsi.

8. On observera la même chose par rapport à un sourd et à un muet que par rapport à un enfant en bas âge.

9. Le sénat a aussi décidé que la liberté laissée par fidéicommiss doit être donnée sous l'autorité du prêteur, si celui qui est chargé de l'accorder venoit à mourir sans héritier ni successeur.

10. Le sénatus-consulte favorise aussi les libertés laissées par fidéicommiss dans le cas où l'héritier sien se sera abstenu de la succession, quoiqu'on ne puisse pas dire qu'un homme meure sans héritier, quand il laisse un héritier sien, encore bien qu'il s'abstienne.

11. On doit dire la même chose à l'égard d'un mineur de vingt-cinq ans qui a accepté la succession de celui qui étoit chargé de donner la liberté, et qui aura été restitué en entier à l'effet de s'abstenir.

12. On peut demander qui est-ce qui sera le patron de cet affranchi : car, par les constitutions, la liberté appartient en ce cas à l'esclave comme si elle lui eût été laissée par le testament de celui qui en étoit chargé? Il sera donc l'affranchi du défunt, et non de celui qui lui doit la liberté.

13. Si un de ceux qui sont chargés de donner la liberté est mort sans successeur, et l'autre absent pour juste cause, il y a un rescrit des empereurs Marc et Vêrus qui décide qu'il acquerra sa liberté, comme s'il eût été dûment affranchi par celui qui est mort sans successeur et par celui qui est absent pour juste cause.

14. C'est une question intéressante de savoir si, lorsque l'héritier est mort sans successeur, l'esclave peut parvenir à la liberté avant qu'on soit assuré qu'il n'y a point de successeur ni civil ni prétorien, par exemple dans le temps que l'héritier institué délibère, ou s'il faut attendre qu'on ait cette certitude? Il est plus à propos d'attendre qu'on soit certain qu'il n'y aura pas de successeur.

15. L'empereur Antonin, sous lequel nous vivons, a décidé dans un rescrit qu'un esclave à qui la liberté fidéicommissaire est due ne peut recevoir un legs dans le testament de l'héritier sans qu'il y soit fait mention de sa liberté.

16. L'empereur Marc a aussi décidé que les libertés fidéicommissaires ne pouvoient recevoir d'atteinte ni par l'âge, ni par la condition, ni par le refus, ni par le délai de ceux qui sont obligés de les fournir.

§. 9. Sed et si quis sine herede, vel alio successore decesserit, qui fideicommissam libertatem præstare debebat : adito prætore libertatem præstandam esse, censuit senatus.

Si rogatus manumittere non habeat successorem,

§. 10. Sed et si suus heres se abstinuerit, libertati fideicommissæ per senatusconsultum subventum est : tametsi non est sine herede, qui suum heredem habet, licet abstinenter se.

Vel habeat abstinenter se.

§. 11. Idem dicendum, et si minor vigintiquinque annis adierit hereditatem ejus qui libertatem fideicommissam debebat, et in integrum sit restitutus abstinendi causa.

§. 12. Quærendum est autem, cujus libertus iste fit : ex constitutione enim servo libertas perinde competit, atque si ex testamento libertatem consecutus esset? Erit igitur libertus orcinus, non ejus qui fideicommissam libertatem debebat.

Cujus fit iste libertus.

§. 15. Si alter sine successore decesserit, alter ex justa causa absit : extat rescriptum divorum Marci et Veri, perinde dicentium eum ad libertatem perventurum, ac si ab eo qui sine successore decesserit, et ab eo qui ex justa causa abesset, ad libertatem, ut oportuit perductus esset.

Si alter sine successore decesserit, alter ex justa causa absit.

§. 14. Eleganter quæri potest, cum heres sine successore decesserit, utrum expectari debeat donec certum sit heredem vel bonorum possessorem non extaturum : an verò etiam dum incertum est, fortè deliberante herede scripto, possit ad libertatem pervenire? Et melius est expectari oportere, quoad certum esse coeperit, successorem non extaturum.

Si dubitetur an successor existet.

§. 15. Imperator noster Antoninus rescripsit, eum cui fideicommissa libertas debetur, sine libertate aliquid ex testamento heredis accipere non posse.

Si heres ei, cui libertatem debet, aliquid sine libertate relinquat.

§. 16. Divus etiam Marcus rescripsit, fideicommissas libertates neque ætate, neque conditione, neque mora non præstantium, tardiusve reddentium corrupti, aut in deteriorem statum perduci.

De ætate, conditione, mora debentium libertatem.

De irritis co-
dicillis.

§. 17. Quanquam ex irritis codicillis libertates non debeantur: attamen, si heres hos codicillos ratos habuit, et ex his quædam præstitit, et servos præstandæ fideicommissæ libertatis gratia in libertate morari voluit, ad justam libertatem eos pervenisse, rescripto imperatoris nostri et divi patris ejus declaratur.

De servo alieno.

31. *Paulus lib. 3 Fideicommissorum.*
Alieno servo dari potest per fideicommissum libertas: si tamen ejus sit, cum quo testamenti factio est.

Si posthumus ei nascatur, qui filium rogavit manumittere.

§. 1. Cùm intestatò moriturus fidei filii commisisset, ut servum manumitteret, et posthumus ei natus fuisset: divi fratres rescripserunt, quia dividi non potest, ab utroque præstandum.

De eo qui alienare prohibitus est.

§. 2. Qui fideicommissariam libertatem debet, etiam eo tempore quo alienare prohibitus erit, manumittere poterit.

De patrono qui petit bonorum possessionem contra tabulas.

§. 3. Si patronus contra tabulas bonorum possessionem acceperit, quia eum præterierit libertus: non cogetur vendere servum proprium, quem rogatus erat à liberte suo manumittere.

Si dominus nolit, velive servum vendere, ut manumittatur.

§. 4. Si is cujus servus est, nolit eum vendere, ut manumitteretur: nullæ prætoris partes sunt. Idem est, et si pluris justo vendere velit. Sin autem certo quidem pretio, quod non prima facie videtur esse iniquum, dominus servum vendere paratus est; is verò qui rogatus est manumittere, immodicum id esse nititur: prætoris partes erunt interponendæ, ut justo pretio volenti domino dato, libertas ab emptore præstetur. Quòd si et dominus vendere paratus sit, et servus velit manumitti: cogendus est heres redimere, et manumittere; nisi dominus velit servum manumittere, ut actio sibi pretii in heredem detur. Idque faciendum est, etiam si heres latitet. Et ita imperator Antoninus rescripsit.

17. Quoique les libertés laissées dans un codicille déclaré nul ne soient pas dues, si cependant l'héritier a regardé ce codicille comme valable, qu'il ait payé certaines choses qui y étoient laissées, et que, dans l'intention de fournir les libertés laissées par fideicommiss, il ait voulu que les esclaves restassent dans un état de liberté, notre empereur et son père ont déclaré que ces esclaves acquerroient une juste liberté.

31. *Paul au liv. 3 des Fideicommiss.*

On peut donner par fideicommiss la liberté à l'esclave d'autrui, pourvu qu'on ait la faculté de faire un testament vis-à-vis de son maître.

1. Un homme voulant mourir *intestat* a chargé par fideicommiss son héritier légitime d'affranchir un esclave: ensuite il lui est né un posthume. Les empereurs ont décidé que comme l'esclave ne pouvoit pas être divisé, l'héritier légitime et le posthume devoient l'affranchir tous deux.

2. Celui qui est chargé par fideicommiss de donner la liberté peut affranchir même dans le temps où l'aliénation lui est interdite.

3. Si l'affranchi ayant chargé par fideicommiss son patron d'affranchir un de ses esclaves, passe sous silence ce patron dans son testament, en sorte que le patron lui succède en vertu de la succession prétorienne infirmative du testament, le patron ne sera point obligé d'affranchir son esclave.

4. Si celui à qui l'esclave appartient ne veut point le vendre pour être affranchi, le préteur ne peut point interposer son autorité. Il en est de même s'il veut le vendre au-dessus de son juste prix. Mais si le maître veut vendre son esclave un certain prix qui ne paroisse pas trop cher au premier coup d'œil, et que celui qui est chargé d'affranchir l'esclave trouve ce prix exorbitant, le le préteur doit interposer son autorité, afin que le maître consentant à recevoir un prix juste, l'esclave soit affranchi par l'acheteur. Si le maître est prêt à vendre l'esclave, et que l'esclave veuille être affranchi, l'héritier doit être forcé à l'acheter et à l'affranchir; à moins que le maître ne veuille affranchir lui-même l'esclave afin d'avoir action contre l'héritier pour le prix. C'est ce qu'il

faut faire, même dans le cas où l'héritier se cache. Et c'est ainsi que l'empereur Antonin l'a décidé dans un rescrit.

32. *Mœcianus au liv. 15 des Fidéicommissis.*

Cependant si le maître offre de vendre son esclave, mais qu'il refuse de le faire jusqu'à ce qu'il soit satisfait pour le prix, on ne pourra pas le forcer à affranchir, de peur qu'il ne perde son esclave, et qu'il soit privé du prix, ou qu'il soit obligé de se contenter d'un prix moindre, si par hasard celui qui est chargé d'affranchir se trouve insolvable.

1. Néanmoins on ne doit pas permettre au maître, ni à tout autre, de poursuivre malgré l'esclave; parce que ce fidéicommissis n'est pas laissé pour faire acquérir quelque chose au maître: autrement le fidéicommissis paroîtroit fait au maître lui-même. Ce qui pourroit arriver, par exemple si le défunt a voulu que l'esclave fût racheté à un prix au-dessus de sa valeur, et qu'il fût affranchi. Car alors le maître pourra poursuivre l'exécution du fidéicommissis, parce qu'il a intérêt d'avoir, outre la véritable valeur de l'esclave, ce que le défunt a voulu lui être donné de plus, et l'esclave a intérêt de parvenir à la liberté.

2. C'est ce qui arriveroit dans le cas où un héritier ou un légataire seroit chargé d'acheter une chose appartenante à autrui pour la fournir à quelqu'un: car alors le maître de la chose et celui à qui elle doit être fournie pourroient poursuivre l'exécution de la volonté du défunt; parce qu'ils ont tous deux intérêt, l'un pour avoir, outre le prix de sa chose, ce que le testateur a voulu lui être donné de plus, l'autre pour que la chose lui soit fournie.

33. *Paul au liv. 3 des Fidéicommissis.*

Si le fils du défunt est prié d'affranchir l'esclave de son père, il pourra l'avoir pour affranchi, même en succédant en vertu de la succession prétorienne infirmative du testament, et lui imposer certains travaux: car il auroit ce droit en qualité de fils du patron, quand même l'esclave auroit reçu la liberté directe par testament.

1. Le sénatus-consulte Rubrien aura lieu dans le cas même où la liberté auroit été laissée sous condition, pourvu que l'exécution de la condition ne vienne pas de l'es-

32. *Mœcianus lib. 15 Fideicommissorum.*

Sed si alienare quidem sit paratus, non antè tamen id velit facere quàm sibi in pretium satisfiat, non erit manumittere compellendus: ne et servum manumittat, et interdum nihil, aut minùs consequatur, si fortè is qui rogatus est manumittere, solvendo non sit.

§. 1. Invito tamen servo, neque alii De servo invito.
neque domino eam rem persequi concedendum est: quia non tale sit hoc fideicommissum, ex quo domino quid adquiratur: alioquin ipsi datum videretur. Quod potest contingere, si testator pluris eum servum quàm quanti est, redimi ac manumitti voluit. Nam tunc et domino erit fideicommissi persecutio, cujus interest, præter verum pretium, id quod plus ei jussus est dare, consequi: et servi, ut ad libertatem perveniat.

§. 2. Quod eveniet et si rem alienam De re aliena certo pretio redimenda, et alii præstanda.
certa pecunia redimere, atque alii præstare heres vel legatarius intelligerentur: namque tunc et domino rei, et ei cui eadem præstari deberet, persecutionem esse: utriusque enim interesse, et domini, ut præter pretium accipiat quo pluris eam testator redimi jussit; et ejus cui relicta est, uti eam habeat.

33. *Paulus lib. 3 Fideicommissorum.*

Si filius defuncti rogatus fuerit servum De filio defuncti rogato servum patris sui manumittere.
sui patris manumittere, dicendum est, posse eum etiam contra tabulas habere, et operas imponere: hoc enim potuisset, etiam si directam libertatem accepisset, quasi patroni filius.

§. 1. Erit Rubriano senatusconsulto An sit locus senatusconsulto Rubriano, libertate data sub conditione.
locus etiam si sub conditione libertas data sit, si modò per ipsum servum non fiet, quominùs conditioni pareat. Nec refert

in dando, an in faciendo, an in aliquo casu conditio consistat. Imò etiam amittit libertum heres, si conditioni impedimentum fecerit, etsi filius defuncti sit : quamvis aliò jure habiturus sit libertum. Nonnullam enim et hic pœnam patitur : nam et si in servitutem petierit, aut capitis accusaverit, perdit bonorum possessionem contra tabulas.

Si legatarius rogatus manumittere nolit accipere.

§. 2. Si is cui servus legatus est, rogatus fuerit ut eum manumitteret, et nolit eum accipere, compellendus est, aut actiones suas ei præstare, cui servus velit, ne intercidat libertas.

Si alii manumittere nolit tradatur.

34. *Pomponius lib. 3 Fideicommissorum.*
Invitus is cui fideicommissa libertas relicta est, non est tradendus alii ut ab eo manumittatur, et fiat alterius libertus, quàm qui rogatus est manumittere.

De minore viginti annis.

§. 1. Campanus ait, si minor annis viginti rogaverit heredem, ut proprium servum manumittat, præstandam ei libertatem : quia hîc lex Ælia Sentia locum non habet.

De servo legato, ut manumittatur, qui nisi manumittatur, liber esse jussus est.

§. 2. Servus legatus erat Calpurnio Flacco, isque rogatus erat eum manumittere ; et si non manumisisset, idem servus Titio legatus erat, et is æquè rogatus erat ut eum manumitteret : si non manumisisset, liber esse jussus erat. Sabinus dicit, inutiliter legatum fore, et ex testamento eum continuò liberum futurum.

De manumittendi necessitate non remittenda.

35. *Mævianus lib. 15 Fideicommissorum.*
Gaii Cassii non est recepta sententia, existimantis et heredi et legatario remittendam interdum proprii servi manumittendi necessitatem, si vel usus tam necessarius esset, ut eo carere non expedit, veluti dispensatoris pædagogive liberorum, vel tantum delictum est, ut ultio remittenda non esset. Visum est enim ipsos in sua potestate habuisse : nam potuissent discedere à causa testamenti : qua non ommissa, debere voluntati defuncti obsequi.

clave lui-même. Peu importe que la condition consiste à donner ou à faire, ou qu'elle dépende de quelque événement. L'héritier perd même les droits de patronage s'il s'oppose à l'accomplissement de la condition, quand il seroit fils du défunt : quoiqu'il puisse acquérir ce droit de patronage à un autre titre. Il est même puni en quelque chose ; car s'il revendique celui qui doit être affranchi comme son esclave, ou s'il intente contre lui une accusation capitale, il perd son droit à la succession prétorienne infirmative du testament.

2. Si l'esclave est légué à quelqu'un pour l'affranchir, et que le légataire ne veuille pas recevoir son legs, il doit être forcé à l'accepter ou à céder ses actions à tel autre que l'esclave choisira, afin que la concession de la liberté ne soit pas privée de son effet.

34. *Pomponius au liv. 3 des Fidécimmis.*

On ne peut pas livrer malgré lui un esclave à qui on doit la liberté, pour être affranchi par un autre, et devenir son affranchi.

1. Campanus est d'avis que si un mineur de vingt ans charge son héritier d'affranchir un esclave qui lui appartient, l'héritier est obligé de l'affranchir ; parce que ce cas n'a point de rapport avec la loi Ælia-Sentia.

2. On a légué un esclave à Calpurnius-Flaccus, en le chargeant de l'affranchir ; et dans le cas où il ne l'affranchiroit pas, le même esclave a été légué à Titius également sous la condition de l'affranchir ; et s'il ne l'affranchissoit pas, le testateur a ordonné que l'esclave seroit libre. Sabin pense que le second legs est nul, et que l'esclave acquerra sur le champ sa liberté en vertu du testament.

35. *Mævien au liv. 15 des Fidécimmis.*

On n'a point admis le sentiment de Gaius-Cassius, qui pensoit qu'on devoit faire en certains cas remise à l'héritier ou au légataire de la nécessité qui leur étoit imposée d'affranchir leur propre esclave, s'ils en avoient un tel besoin qu'ils ne pussent s'en passer : par exemple si cet esclave est économe ou instituteur des enfans, ou qu'il ait commis un délit si énorme que le maître ne puisse le lui pardonner. Car le testateur est censé avoir eu lui-même ces esclaves sous sa puissance, et les maîtres ont été libérés

de renoncer au bénéfice du testament ; mais s'ils n'y renoncent pas ils sont obligés d'exécuter la volonté du testateur.

36. *Le même au liv. 16 des Fidéicommissis.*

Le sénatus-consulte Rubrien ne s'étend point aux enfans en bas âge, aux furieux, aux prisonniers de guerre, à ceux qui sont retenus par religion, ou par une cause honnête, ou par une calamité, ou par des affaires considérables, ou par le danger imminent de perdre la vie ou l'honneur ; non plus qu'aux pupilles qui n'ont point de tuteurs, ou dont les tuteurs sont retenus pour quelques-unes des causes ci-dessus. Si les tuteurs se cachent à dessein, je ne crois pas qu'on doive priver les pupilles du droit de patronage ; parce qu'il seroit injuste de porter préjudice à un pupille à cause du fait de son tuteur, qui peut n'être pas solvable, et que le sénatus-consulte ne parle que de ceux qui sont chargés de donner la liberté. Qu'arrivera-t-il donc ? Il faut avoir recours au sénatus-consulte Dasumien, qui porte qu'à l'égard de ceux qui sont absens pour juste cause, l'effet de la liberté ne sera point empêché, et que ceux qui sont absens sans fraude ne seront point privés du droit de patronage.

1. Si un absent se présente par procureur, il est toujours censé absent pour juste cause, et il ne perd pas le droit de patronage.

2. La juridiction de celui qui conuoît de la liberté fidéicommissaire ne peut être déclinée à raison d'aucun privilège accordé aux villes, aux communautés, aux charges, ni à raison de la condition des personnes.

3-. *Ulpian au liv. 6 des Fidéicommissis.*

Si la liberté fidéicommissaire a été laissée purement à un esclave qui faisoit les affaires de son maître, l'empereur Marc a décidé dans un rescrit que la liberté ne devoit pas souffrir de retardement, qu'on devoit cependant nommer tout de suite des commissaires pour lui faire rendre compte. Voici les termes du rescrit : « Il paroît plus conforme à l'équité de donner sur le champ la liberté à Trophime, qui n'a pas été affranchi sous la condition de rendre ses comptes. Et il est contre l'humanité de retarder la liberté à cause des difficultés qui peuvent s'élever sur son administration. Mais dès que la liberté sera don-

36. *Idem lib. 16 Fideicommissorum.*

Neque infantes, neque furiosi, neque ab hostibus capti, neque hi quos religio, aut honestior causa, vel calamitas aliqua, vel major res familiaris, aut capitis famæve periculum, aut similis causa moretur, Rubriano senatusconsulto continentur : ac ne pupilli quidem, qui tutores non habent, aut eos habeant quos earum quæ causa delinet. Sed nec si hi data opera sui potestatem non faciunt, puto pupillis libertos eripi : quia et iniquum est, facio tutoris, qui forsitan solvendo non sit, pupillum damno adfici : et senatusconsulto non continetur alius quis, quam qui ex causa fideicommissi debet præstare libertatem. Quid ergo est ? Dasumiano senatusconsulto subvenitur his : quo cautum est de his, qui justa ex causa abessent, ut nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his qui fraude careant.

De infante, furioso, captivo, eo quem religio, aut alia justa causa moratur, pupillo,

§. 1. Si per procuratorem quis defendatur, semper justa ex causa abesse dicitur, nec libertus ei eripitur.

De eo qui per procuratorem defenditur.

§. 2. Nihil facit ad interpellendam jurisdictionem ejus qui de fideicommissa libertate cognoscit, privilegium cujusque vel civitatis, vel corporis, vel officii in quo quisque est, vel conditio personarum.

De jurisdictione non interpellanda.

3-. *Ulpianus lib. 6 Fideicommissorum.*

Si purè data sit fideicommissa libertas, et is servus rationes administrasse dicitur : divus Marcus rescripsit, moram libertati non esse faciendam : ex continenti tamen arbitrum dandum esse, qui computationem ineat. Verba rescripti ita se habent : *Æquius videtur Trophimo ex causa fideicommissi præstari libertatem, quia sine conditione reddendarum rationum datam esse constat. Neque humanum fuerit ob rei pecuniariæ questionem libertati moram fieri. Qua tamen representata, confestim arbiter à prætore erit dandus, apud quem rationem quam administrasse*

Si servus rationes administrasse dicitur.

eum apparuit, ex fide reddat. Tantum igitur rationem reddere cogetur. Sed an et reliqua restituere debeat, nihil dicitur? Nec puto cogendum : nam de eo quod in servitute gessit, post libertatem conveniri non potest. Corpora planè rationum, et si quas res vel pecunias ex his detinet, cogendus est per prætorem restituere, item de singulis instruere.

38. *Paulus lib. 3 Decretorum.*

De testamento
imperfecto.

In testamento quod perfectum non erat, alumne suæ libertatem et fideicommissa dedit. Cum omnia ut ab intestato egressent, quæsiit imperator, an ut ex causa fideicommissi manumissa fuisset? Et interlocutus est, etiam si nihil ab intestato pater petisset, pios tamen filios debuisset manumittere eam quam pater dilexisset. Pronunciavit igitur, rectè eam manumissam : et ideò fideicommissa etiam ei præstanda.

39. *Idem lib. 13 Responsorum.*

Si servo alieno
quasi proprio li-
bertas relicta sit.

Paulus respondit, etsi alienus interveniat servus, quem ut suum testator ab uno ex heredibus voluerit manumitti, tamen cogendum eum qui rogatus est, redimere eum, et manumittere : quoniam non putavit similem esse causam libertatis, et fideicommissi pecuniarii.

Si testator di-
xit heredem gra-
tiam relaturum.

§. 1. Paulus respondit his verbis : Πιστευσον δέ μοι Ζοίλε, ὅτι τὰς χάριτας σοι ἀποδώσει ὁ υἱός μου Μαρτιάλης, ἢ σοὶ ἢ τοῖς σοῖς παισίν. Id est, *Crede mihi, Zoile, gratias tibi referet filius meus Martialis : imò non tibi solum, sed et filiis tuis : plenam voluntatem defuncti contineri circa beneficiendum conjunctis personis Zoilum : qui servi sint, nihil est gratum his præstari posse quàm libertatem.* Ideòque præsidem debere sequi voluntatem defuncti.

40. *Idem lib. 15 Responsorum.*

De simplici
donatione.

Lucius Titius Septiciæ filie suæ naturali

née, le prêteur doit nommer un commissaire devant lequel il rende fidèlement ses comptes. » Il n'est donc tenu qu'à rendre son compte. Mais on ne dit pas s'il est obligé de payer le reliquat. Je pense qu'il n'y est pas obligé : car il ne peut pas être actionné après la liberté à raison de l'administration qu'il a eue pendant la servitude. Il est obligé de rendre les effets et l'argent portés dans ses comptes, s'il les a en ses mains, et de donner les instructions nécessaires sur chaque chose en particulier.

38. *Paul au liv. 3 des Décrets.*

Un testateur a fait un testament imparfait, dans lequel il a laissé la liberté à un esclave qu'il avoit élevée, et lui a donné des fideicommiss. Ces dispositions ayant leur effet comme faites *ab intestat*, on a demandé si cette esclave devoit être regardée comme affranchie par fideicommiss? L'empereur, par un jugement interlocutoire, a décidé que quand même le père n'auroit pas fait de testament, et qu'il auroit demandé que cette fille fût affranchie, les enfans bien nés devoient affranchir une fille pour laquelle leur père avoit témoigné une grande affection. Il a donc prononcé que cette fille étoit valablement affranchie, et par conséquent que les fideicommiss lui étoient dus.

39. *Le même au liv. 13 des Réponses.*

Paul a répondu que dans le cas où l'esclave que le testateur a chargé un de ses héritiers d'affranchir, se trouveroit appartenir à autrui, quoique le testateur l'eût cru à lui, l'héritier ne seroit pas moins obligé de le racheter et de l'affranchir. Il ajoute qu'il ne faut pas comparer la liberté laissée par fideicommiss aux autres espèces de fideicommiss.

1. Paul a répondu qu'un testateur qui s'est exprimé ainsi : Croyez-moi, Zoile, que mon fils Martial vous témoigne sa reconnaissance non-seulement à vous, mais encore à vos enfans : ces termes annoncent une pleine volonté du défunt de faire du bien aux enfans de Zoile ; et s'ils sont esclaves, on ne peut leur rendre un plus grand service que de leur donner la liberté. Ainsi le président doit faire exécuter la volonté du défunt.

40. *Le même au liv. 15 des Réponses.*

Lucius-Titius a donné à Septicia, sa fille naturelle,

naturelle, son esclave Concordia. Depuis, par un testament, il a légué cette même esclave avec d'autres à sa fille Septicia pour l'affranchir. On demande si Septicia doit affranchir cette esclave? Paul a répondu, si la donation de l'esclave a été faite entre vifs par le père naturel, et que la fille n'ait point accepté les autres libéralités du défunt, elle ne pouvoit être forcée en vertu du fidéicommis à affranchir une esclave qui étoit à elle avant le testament.

1. Lucius-Titius a légué à Mævius l'esclave Stichus, et il a demandé qu'il ne fût jamais affranchi ni par lui ni par son héritier. Paul a répondu que le testateur pouvoit par la suite affranchir cet esclave, parce qu'il n'a pas entendu s'imposer une loi à lui-même, mais à son légataire.

41. *Scævola au liv. 4 des Réponses.*

Je veux que Thais, mon esclave, soit mon affranchie, quand elle aura été pendant dix ans l'esclave de mon héritier. On demande ce qu'il faut décider, parce que le défunt a voulu que Thais fût son affranchie: ce que l'héritier ne peut pas faire, puisque le défunt n'a pas laissé une liberté pure et directe? Dira-t-on qu'après les dix ans elle restera en servitude? J'ai répondu que je ne voyois pas dans l'exposé de raison pour refuser à Thais la liberté.

1. Lucius-Titius a fait cette disposition: Mon cher fils Mævius, je vous prie, si vous êtes content des services de Stichus, de Damas et de Pamphile, de ne pas souffrir, après avoir acquitté mes dettes, qu'ils tombent sous une autre puissance que la vôtre. L'héritier étant resté en demeure d'acquitter les dettes du défunt, on a demandé si ces esclaves pouvoient acquérir leur liberté en vertu du fidéicommis? J'ai répondu qu'on ne devoit rien imputer à l'héritier si, pour la commodité de ses affaires, il différoit d'acquitter les dettes du défunt; mais si on peut prouver qu'il n'apporte ces délais qu'à dessein de porter préjudice aux libertés, ces libertés devoient être données tout de suite.

2. Un particulier a nommé dans son testament un tuteur à ses enfans, et l'a chargé par fidéicommis d'affranchir ses esclaves (à lui tuteur). Ce tuteur a été excusé de la tutelle. Je demande si les autres tuteurs qui

Tome VI.

rali Concordiam ancillam suam donavit. Idem postea testamento filiae suae cum aliis quibusdam ancillam suprascriptam legavit, ut manumitteretur. Quæro, an Septicia filia naturalis ancillam suprascriptam manumittere cogi possit? Paulus respondit, si vivo patre naturali donatio ancillae fuit, neque patris naturalis iudicium in caeteris legatis filia agnovit, non posse eam compelli ancillam propriam ex causa fideicommissi manumittere.

§. 1. Lucius Titius Stichum servum Mævio legavit, et petiit, ut neque ab eo, neque ab herede ejus unquam manumitteretur. Paulus respondit, testatorem potuisse postea hunc servum ad libertatem perducere: quia non sibi legem dixisset, sed legatario.

De petitione, ne manumittatur.

41. *Scævola lib. 4 Responsorum.*

Thais ancilla mea, cum heredi meo servierit annos decem, volo sit mea liberta. Quæritur, cum libertam suam esse voluerit, nec id heres facere potuerit, nec directa pure data sit libertas, an etiam post decem annos in servitute remaneret? Respondit, nihil proponi cur non Thaidi libertas debeatur.

De ea, quam testator voluit post certum tempus suam libertam esse.

§. 1. Lucius Titius ita cavuit: Mævi fili carissime, te rogo, ut si Stichus et Damas et Pamphilus te promeruerint, a re alieno liberato, ne alterius quam tuam servitutem experiantur. Quæro, an si per heredem steterit, quominus æs alienum exsolveretur, ex causa fideicommissi libertatem consequi possint? Respondit, non quidem imputandum heredi, si pro commoditatibus rei suae administrandæ æs alienum tardius exsolverit: verum si manifestè studium non solventis ei rei paratum, ut libertatibus mora fieret, probaretur, repræsentandas libertates.

De conditione implenda.

§. 2. Tutoris, quem et ipsum testamento liberis dederat, fidei commissit de manumittendis servis ipsius tutoris: sed is à tutela excusatus fuerat. Quæro, an eisdem servis libertatem præstare debe-

De tutoris fideicommissio.

rent tutores, qui in locum excusati dati tutelam administrarent? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, libertates et ab heredibus scriptis videri datas.

§. 3. *Seio auri libras tres, et Stichum notarium, quem peto manumittas.* Seius eodem testamento tutor datus, à tutela se excusavit. Quæritur, an nihilominus fideicommissa libertas debeatur? Respondit, nihil proponi, cur non debeatur.

De conditione
si heredi placue-
rit.

§. 4. *Sorore sua herede instituta, de servis ita cavil: Βέλομαι ἢ παρακαλῶ γλυκυτάτη με ἀδελφεῖ ἢ παρακαθῆκη σε ἔχειν Στίχον ἢ Δάμαν τῆς πραγµατικῆς µε, ἢς ἐγὼ ἐκ ἐλευθέρωσα ἀχρεῖς ἀν τὰς ψήφους ἀποκαλασῆσθαι· ἐάν δὲ ἢ σοὶ ἀρέσθαι, ἐμάνυσα σοὶ τὴν γράµην µε.* Id est, *Volo, et à te peto, soror suavissima, ut Stichum et Damam actores meos, quos ego, quoad rationes retulerint, non manumisi, tibi esse commendatissimos. Quod si ipsi tibi quoque probentur, exposui tibi meam sententiam.* Quæro si paratis actoribus rationes reddere, heres libertatem non præstet, dicendo eos non placere sibi, an audienda esset? Respondit non spectandum quod heredibus displiceret, sed id quod viro bono posset placere, ut libertatem consequantur.

De ancilla cum
liberis redimen-
dis et manu-
mittendis.

§. 5. *Lucia Titia heredum fidei commisit, uti Pamphilam ancillam Seie cum filiis ejus redimerent, et manumitterent.* Et juridicus quanti singuli essent redimendi æstimavit: medio tempore Pamphila, antequam pecunia solveretur, peperit. Quæro, id quod natum est ex Pamphila, utrum ad heredes Seie, an ad heredem Titie pertineat? Respondit, id quod natum est ex Pamphila, ejus quidem esse, cujus ea fuerat tunc cum pareret: verum heredem, si moram fideicommissæ libertati fecit, compellendum partum quoque ad libertatem perducere.

De arbitrio
ab que necessi-
tate manumit-
tendi permissio.

§. 6. *Lucius Titius ita testamento cavil: Medicos tibi commendo illum et illum: in tuo judicio erit, ut habeas bonos libertos et medicos. Quod si ego libertatem eis dedissem, veritus sum quod sorori*

ont été nommés par le magistrat à la place de celui qui a été excusé, doivent donner la liberté à ces mêmes esclaves? J'ai répondu que suivant l'exposé les libertés étoient censées à la charge des héritiers écrits.

3. Je donne à Séius trois livres d'or, et mon notaire Stichus, que je le prie d'affranchir. Séius a été nommé tuteur dans le même testament, et s'est fait excuser de la tutelle. On demande si néanmoins la liberté fideicommissaire est due? J'ai répondu que je ne voyois rien dans l'exposé qui empêchât qu'elle ne fût due.

4. Un testateur ayant institué sa sœur pour héritière, a fait cette disposition par rapport à ses esclaves: Je veux, et je vous prie, ma chère sœur, que vous ayez en très-grande recommandation les esclaves Stichus et Damas, mes intendans, que je n'ai point affranchis moi-même attendant qu'ils m'eussent rendu leurs comptes. S'ils vous sont également agréables, vous connoissez mes sentimens pour eux. Je demande si l'héritière refuse de donner la liberté à ces esclaves qui offrent de rendre leurs comptes, en disant qu'ils ne lui sont pas agréables, son refus doit être admis? J'ai répondu qu'il ne falloit pas examiner ce qui n'est point agréable aux héritiers, mais ce qui seroit agréable à tout homme équitable pour qu'il y ait lieu à la liberté.

5. Lucia - Titia a chargé par fideicommiss ses héritiers de racheter Pamphile, esclave de Séia, et ses enfans, et de les affranchir. Un homme de loi a estimé le prix auquel ils devoient être rachetés. Dans le temps intermédiaire, et avant que l'argent fût payé, l'esclave Pamphile est accouchée. On demande si l'enfant né de cette couche appartient aux héritiers de Séia ou aux héritiers de Titia? Je réponds que l'enfant né de cette couche appartient à la vérité à celle à qui appartenoit la mère lors de son accouchement, mais que si l'héritière a différé d'accorder la liberté laissée par fideicommiss, elle devoit être obligée à mettre aussi en liberté l'enfant nouvellement né.

6. Lucius-Titius a fait cette disposition par son testament: Je vous recommande tel et tel esclaves médecins; vous serez le maître d'avoir de bons affranchis et de bons médecins. Je leur aurois donné la liberté moi-

même si je n'avois craint qu'il ne m'arrivât la même chose qu'à ma sœur, qui ayant affranchi ses esclaves médecins, a été abandonnée d'eux quand ils ont eu rempli leur temps. On demande si la liberté fidéicommissaire appartient aux esclaves dont il s'agit ? J'ai répondu que suivant l'exposé on n'avoit pas imposé aux héritiers la nécessité de les affranchir, mais qu'on s'en étoit rapporté à leur volonté.

7. Titius a laissé la liberté à son esclave Stichus sous la condition de rendre ses comptes. On demande si dans le compte que rend l'esclave, on doit employer au nombre des sommes dont il est reliquataire les pertes arrivées par cas fortuit ? J'ai répondu que dans la gestion dont l'esclave a été chargé de la volonté du maître, on ne devoit pas mettre au nombre des sommes dont il est reliquataire les pertes arrivées par cas fortuit.

8. Le testateur ayant ordonné que cet esclave rendroit tout son pécule, on demande si on ne doit compter comme composant le pécule de l'esclave que ce qui doit rester au maître pour quelque cause que ce soit ? J'ai répondu qu'on ne devoit pas déduire du pécule ce qui est dû au maître.

9. On demande encore si l'esclave a converti dans son pécule quelque chose dont il est reliquataire par son compte, cela doit être déduit du pécule qu'il doit rendre ? J'ai répondu que si ce qui a été ainsi converti dans le pécule a été payé avec le reliquat du compte, l'esclave remplit la condition en payant ce qui reste dans son pécule.

10. Un testateur a donné la liberté par testament en ces termes : Je veux que Cupitus, mon esclave, soit libre après avoir rendu ses comptes, quand mon fils Marcien aura atteint l'âge de seize ans. Après la mort du testateur, les tuteurs ont chargé Cupitus de se faire payer d'un débiteur de la succession, et Cupitus a remis aux tuteurs les sommes qu'il en avoit reçues. Ensuite le fils est mort impubère ; sa mère lui a succédé, et a fait condamner les tuteurs à raison de la mauvaise administration de leur tutelle. Cupitus demande sa liberté dans le temps où le fils Marcien auroit eu seize ans s'il eût vécu, offrant de rendre ses comptes

meæ carissimæ fecerunt medicum servi ejus manumissi ab ea, qui salario expleto reliquerunt eam. Quæro, an fideicommissa libertas suprascriptis competere potest? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non necessitatem heredibus inpositam, sed arbitrium permissum.

§. 7. Tilius Stichus servo suo libertatem dedit, si rationes sic dederit. Quæro, an ratio per eum gesta ita putari debeat, ut damna quæ casu contigerunt, ad onus reliquorum non pertineant? Respondi, in negotio quod voluntate domini administrasse proponatur, ea damna quæ casu ita acciderint, ut servo nihil possit imputari, non pertinere ad reliquorum onus.

De rationibus dandis.

§. 8. Item quæro, cum omne peculium reddere jussus sit, an ita peculium computari debeat, ut id solum peculii esse videatur, quod quaque ex causa domino debeat superesse? Respondit, in ea specie de qua quæreretur, non debere deduci ex peculio, quod domino debeatur.

De peculio reddendo.

§. 9. Item quæro, an si ex reliquis in peculium aliquid converterit, deduci hoc ex peculio reddendo debeat? Respondit, si id quod ex causa quæ proponeretur, in peculium versum est, reliquorum nomine desolutum est, fieri satis conditioni, si id quod reliquum est peculii, solvatur.

§. 10. Libertatem ita testamento dedit: Cupitum servum meum, cum Marcianus filius meus sedecim annos impleverit, rationibus redditus liberum esse volo. Post mortem testatoris tutores Cupito exactiorem commiserunt, isque nummos redactos expensavit eisdem tutoribus: deinde filius impubes decessit, cui mater heres extitit, et tutorem tutelæ judicio filio condemnatum habuit. Cupitus ad libertatem proclamat eo tempore, quo si viveret Marcianus, annos sedecim ætatis habiturus esset, offerens rationes unius anni in diem mortis testatoris, quod cæteræ subscriptæ fuerunt. Quæsitum est, an eas

De rationibus redditus De conditione, cum filius sedecim annos impleverit

quoque rationes, quas tutores periculo suo egerunt, Cupilus reddere compelli debeat? Respondit, eum de quo quæritur, conditioni rationis reddendæ ita videri paruisse, si omne ex eo quod gessit, et rectè desiderari potest, reddiderit. Nam alteram conditionem humaniore interpretatione ita accipi posse, ut defuncto pupillo, tempus quo si viveret, sedecim annos impleret, expectare satis fuerit.

§. 3. Is cui servus pecuniam dare jussus est, ut liber esset, decessit. Sabinus, si decem habuisset parata, liberum fore: quia non staret per eum, quò minus daret. Julianus autem ait, favore libertatis constituto jure hunc ad libertatem perventurum, etiam si postea habere coeperit decem. Adeò autem constituto potius jure, quàm ex testamento, ad libertatem pervenit: ut si eidem et legatum sit mortuo eo, cui dare jussus est, ad libertatem quidem perveniet, non autem et legatum habiturus est. Idque et Julianus putat: ut in hoc cæteris legatariis similis sit. Diversa causa est ejus, quem heres prohibet conditioni parere: hic enim ex testamento ad libertatem pervenit.

De morte ejus, cui conditionis implende gratia dandum erat, et de herede prohibente dare.

Cui dare possit jussus dare heredi.

§. 4. Heredi autem jussus dare, etiam heredis heredi dare posse divus Hadrianus rescripsit. Et si hoc sensit testator, etiam in legatario idem dicendum est.

De operis. De singulis aureis solutis. De jussu ire Capuam.

§. 5. Quædam conditiones natura sui nec possunt eodem tempore impleri, sed necessariam habent temporis divisionem: velut cum *decem operarum* jussus est dare: quia operæ per singulos dies dantur. Igitur et si singulos aureos det statuliber, potest dici eum implere conditionem. Alia causa est operarum, quia hæ necessariò singulæ edendæ sunt. Sed et si heres accipere noluerit, non statim liber erit, sed cum tempus transierit per quod operarum quantitas consumatur. Idem dicendum est, si *jussus Capuam ire, et liberum esse*, heres prohibeat ire. Tunc enim erit liber, cum pervenire Capuam potuisset. Inesse enim videtur tempus tam operarum præstationi, quàm itineri.

De conditione, si heres non manumiserit.

§. 6. Si ita quis acceperit libertatem: *Stichus, si heres eum non manumiserit, liber esto*: poterit ab herede manumitti: non contra voluntatem testatoris adimitur ei libertus. Sed non tam continuum tempus exigendum est, ut præcipitari cogatur heres, vel ex peregrinatione celerius reverti ad manumittendum, vel administrationem rerum necessariarum intermittere: nec rursus tam longum, ut, quandiu vivat, protrahatur manumissio: sed modicum, quò primum possit sine magno incommodo suo heres manumittere. Quòd si tempus adjectum fuerit, illud spectabitur.

De conditione,

21. Pomponius lib. 7. ex Plautio. Labeo libro posteriorum ita refert: Ga-

4. L'empereur Adrien a décidé dans un rescrit qu'un esclave affranchi sous la condition de donner une somme à l'héritier pouvoit la payer à l'héritier de l'héritier. Il faut admettre la même chose dans la personne du légataire si telle a été l'intention du testateur.

5. Il y a des conditions qui par leur nature ne peuvent pas être remplies dans le même temps, et qui doivent nécessairement se partager: par exemple lorsqu'on ordonne à un esclave de payer une somme de dix en travail, parce que le travail se fait par journées. Ainsi, quand un affranchi donne en une fois chaque pièce qui compose la somme, on peut dire qu'il a rempli la condition. Il n'en est pas de même de celui qui est obligé de fournir ses travaux, parce que ces travaux ne peuvent se fournir que successivement. Si l'héritier refuse de les recevoir, l'esclave ne sera pas libre tout de suite, mais seulement quand le temps nécessaire pour la quantité des travaux ordonnés sera passé. Il faut dire la même chose si l'héritier empêche un esclave affranchi sous la condition d'aller à Capoue de satisfaire à la condition. L'esclave ne sera libre que dans le temps où il auroit pu arriver à Capoue. En effet le temps est censé faire partie de l'obligation de fournir des travaux ou de faire un voyage.

6. Si un esclave a reçu sa liberté en ces termes, je veux que Stichus soit libre si mon héritier ne l'affranchit pas, il pourra être affranchi par l'héritier. On ne peut pas dire que la liberté lui est ôtée contre la volonté du testateur. Mais il ne faut pas laisser à l'héritier un temps si court qu'il soit obligé de revenir sur le champ de fort loin pour affranchir l'esclave, ou qu'il soit obligé d'interrompre l'administration des affaires qui exigent nécessairement sa présence. D'un autre côté, on ne doit pas lui accorder un terme si long qu'il puisse différer l'affranchissement pendant tout le temps de sa vie; mais on doit lui accorder un terme modique dans lequel il puisse, sans se gêner considérablement, affranchir l'esclave. Si le testateur a fixé un terme on doit s'y conformer.

21. Pomponius au liv. 7 sur Plautius. Labéon au livre de ses ouvrages posté-

rieurs, rapporte le fait suivant : Un testateur a écrit, je veux que Galéus, mon économe, soit libre si son administration est jugée faite avec soin, et qu'il emporte avec lui tout ce qu'il a, et en outre une somme de cent. On demande de la part de cet économe une diligence qui ait tourné au profit du maître et non au profit de l'esclave. Cette diligence doit être accompagnée de bonne foi, non-seulement pour la confection du compte, mais encore pour le paiement du reliquat. Et quand on dit si son administration est jugée faite avec soin, c'est-à-dire si elle peut être jugée telle. C'est ainsi que les anciens interprètent ces paroles de la loi des douze tables, si l'eau pluviale cause du dommage, c'est-à-dire peut en causer. Si on demande à qui il faut s'en rapporter pour juger cette diligence, nous dirons que c'est aux héritiers, pourvu qu'ils se conduisent en arbitres désintéressés. Par exemple, dans le cas où un esclave est affranchi sous la condition de donner une certaine somme, sans que la personne à qui il doit la donner soit désignée, il deviendra libre comme si le testateur eût écrit, s'il donne telle somme à mon héritier.

1. Pactumeius - Clémens disoit que si un fidéicommissaire avoit été laissé en cette manière, vous rendrez le tout à celui que vous voudrez, et que l'héritier n'eût pas fait choix de celui à qui il vouloit rendre, l'empereur Antonin avoit décidé que le fidéicommissaire étoit dû à tous ceux qui étoient nommés par le testateur.

22. *Paul au liv. 3 sur Vitellius.*

Celui qui est affranchi sous la condition de donner une somme, sans qu'on ait désigné à qui il devoit la donner, doit la payer aux héritiers à raison de leurs portions héréditaires : car chacun des héritiers doit toucher une somme proportionnelle à sa propriété dans l'esclave.

1. Si le testateur a nommé quelques-uns des héritiers à qui l'esclave devoit donner la somme, il la leur paiera à raison de leurs portions héréditaires.

2. Si aux héritiers nommés, le testateur a joint un étranger, l'étranger doit avoir une portion égale au quotient de la division des personnes nommées, et les héritiers partageront le reste de la somme à raison de

lenus dispensator meus, si rationes diligenter tractasse videbitur, liber esto, suaque omnia, et centum habeto. Diligentiam desiderare eam debemus, quæ domino, non quæ servo fuerit utilis. Erit autem ei diligentia conjuncta fides bona, non solum in rationibus ordinandis, sed etiam in reliquo reddendo. Et quod ita scriptum est, videbitur, pro hoc accipi debet, videri poterit. Sic et verba legis duodecim tabularum veteres interpretati sunt, si aqua pluvia nocet, id est, si nocere poterit. Et si quaereretur cui eam diligentiam probari oporteat, heredum arbitratum viri boni more agentium sequi debebimus; veluti si is qui certam pecuniam dedisset, liber esse jussus est, non adscripto eo, cui, si dedisset, eo modo poterit liber esse, quo posset si ita fuisset scriptum, Si heredi dedisset.

si rationes diligenter tractasse videbitur. De jussu dare, non adjecto cui.

§. 1. Pactumeius Clemens aiebat, si ita sit fideicommissum relictum, *Cui eorum voles rogo restituas* : si nullum elegisset cui restitueret, omnibus deberi, imperatorem Antoninum constituisse.

De verbis, cui eorum voles, rogo restituas.

22. *Paulus lib. 3 ad Vitellium.*

Qui pecuniam dare jussus est, nisi adjectum sit cui det, heredibus dare debet pro partibus hereditariis : pro ea enim parte quisque accipere debet, pro qua dominus est.

De jussu dare, non adjecto cui. Si quidam ex heredibus, quibus dari debet, nominati sint.

§. 1. Si quidam ex heredibus quibus dare debeat, nominati sint : dabit his pro hereditariis portionibus.

§. 2. Si heredibus nominatis etiam extraneus junctus sit : extraneo virilis, cæteris hereditariæ dari debent. Et si non solum Titium, sed etiam alios adjecisset : hos virilem partem habituros, coheredes

Si heredibus nominatis extraneus, vel extranei jungantur.

autem hereditarias Julianus scribit.

23. *Celsus lib. 22 Digestorum.*

De dando in-
tra quinquen-
nium. Si intra quinquennium Stichus centum dederit, liber esto : nec Titio, vel heredi, vel emptori post quinquennium dabit.

Si per heredem
estet, quominus
rationes reddan-
tur. §. 1. Si rationes reddidisset, liberum esse jussum, non patitur heres, rebus peculiaribus venditis reliqua solvere : perinde liber est, quasi conditioni paruerit.

24. *Marcellus lib. 16 Digestorum.*

De promissione. Stichus, si heredi meo decem promiserit, vel operas daturum se juraverit, liber esto. Potest expleri conditio, si promiserit : nam spondisse aliqua significatione dici potest, etiam si non sit secuta obligatio.

25. *Modestinus lib. 9 Differentiarum.*

De venditione
statuliberi. Statuliberos venundari posse, leges duodecim tabularum putaverunt. Duris autem conditionibus in venditione minimè onerandi sunt : veluti ne intra loca serviant, neve unquam manumittantur.

25. *Idem lib. 9 Regularum.*

De rationibus
reddendis. Libertate servo sub conditione rationis redditæ testamento data, heres non solum scriptam rationem exigit, verumetiam quæ sine scriptura ab eo administrata est.

§. 1. Servus jussus reddita ratione ad libertatem pervenire, licèt nullam administraverit rationem, nihilominus erit liber.

27. *Idem lib. 1 Pandectarum.*

Si is cui dare
jussus est, redem-
erit statulibe-
rum, eumque
vendiderit. Si is cui dare jussus est, redemerit statuliberum, eumque rursus alii vendiderit : novissimo emptori dabit. Jam enim cum apud

leurs portions héréditaires. S'il n'a pas seulement ajouté un étranger, mais plusieurs, Julien écrit que les étrangers auront chacun des portions égales à raison du nombre des personnes désignées, et que les cohéritiers partageront le reste entre eux à raison de leurs portions héréditaires.

25. *Celse au liv. 22 du Digeste.*

Un testateur a dit, je donne la liberté à Stichus, si, dans l'espace de cinq ans, il donne la somme de dix, sans désigner la personne à qui il doit payer cette somme. L'esclave la paiera à l'héritier ou à l'acheteur après les cinq ans.

1. Si un esclave a été affranchi sous la condition de rendre ses comptes, et que l'héritier, après la vente des effets du pécule, ne permette pas à l'esclave de payer le reliquat, l'esclave est libre comme s'il avoit rempli la condition.

24. *Marcellus au liv. 16 du Digeste.*

Je donne la liberté à Stichus s'il promet à mon héritier une somme de dix, ou s'il jure de lui fournir son travail. On peut dire que la condition est remplie par la promesse qu'aura faite l'esclave ; parce qu'en quelque sens il s'est engagé par promesse, quoique cette promesse ne soit point obligatoire.

25. *Modestine au liv. 9 des Différences.*

Les jurisconsultes ont pensé qu'il étoit permis par la loi des douze tables de vendre les statulibres. Mais cette vente ne doit point être faite sous des conditions dures : par exemple sous la condition qu'ils ne serviront pas dans le pays, ou qu'ils ne pourront jamais être affranchis.

26. *Le même au liv. 9 des Règles.*

Lorsque la liberté a été laissée à un esclave sous la condition de rendre ses comptes, l'héritier peut lui demander compte non seulement de ce qui se trouve écrit sur les registres, mais encore de l'administration qu'il a exercée sans la porter par écrit.

1. Un esclave affranchi sous la condition de rendre ses comptes parvient à la liberté, quand même il n'auroit eu aucune administration.

27. *Le même au liv. 1 des Pandectes.*

Si celui à qui l'affranchi doit payer une somme a racheté l'esclave affranchi sous cette condition et l'a vendu à un autre, l'esclave paiera

paiera la somme au dernier acheteur ; car la propriété de l'esclave ayant été acquise à celui à qui la somme devoit être payée, s'il vient à le vendre, Julien pense que la condition passe de sa personne à celle de l'acheteur.

28. *Javolenus au liv. 6 de Cassius.*

Un testateur ayant affranchi son esclave sous la condition de rendre ses comptes dans les trente jours de son décès, sa succession n'a été acceptée qu'après les trente jours. A suivre la rigueur du droit, cet affranchi ne peut pas être libre, parce que la condition manque ; mais la faveur de la liberté a fait décider que la condition étoit censée remplie, s'il n'a pas tenu à celui à qui elle étoit imposée d'y satisfaire.

1. On lit dans les livres de Gaius-Cassius, que ce qui est acquis par un statulibre avant que la condition imposée à sa liberté arrive n'entre pas dans le pécule qui lui a été légué, à moins que le legs du pécule ne lui ait été fait pour le temps où il seroit libre. Cependant il faut observer que le pécule étant susceptible d'accroissement et de diminution, l'augmentation survenue au pécule doit faire partie du legs, pourvu que l'héritier n'ait point ôté le pécule à l'esclave. Et c'est ce qui est reçu dans l'usage.

29. *Pomponius au liv. 18 sur Quintus-Mucius.*

Les statulibres ne diffèrent guère de nos autres esclaves. Ils sont de même condition que les autres esclaves par rapport aux actions qui descendent d'un délit, ou de la gestion d'une affaire, ou d'un contrat. D'où il s'ensuit que dans les jugemens publics ils sont soumis aux mêmes peines que les autres esclaves.

1. Quintus-Mucius rapporte ce fait : Un père de famille a écrit dans son testament, j'affranchis mon esclave Andronique s'il donne à mon héritier une somme de dix. Il y a eu ensuite contestation pour savoir qui seroit héritier. Celui qui se prétendoit héritier légitime soutenoit que la succession devoit lui appartenir ; l'autre, qui étoit en possession de la succession, soutenoit qu'il étoit héritier en vertu d'un testament ; le jugement a été favorable à celui qui se prétendoit héritier en vertu de la loi. Andronique demandoit, si, en donnant la somme de dix à

apud eum cui dare jussus est, dominium quoque servi pervenerit : si eum alienet, conditionem quoque ab eo ad emptorem transire, Juliano placuit.

28. *Javolenus lib. 6 ex Cassio.*

Si hereditas ejus qui servum intra dies triginta mortis suæ, si rationes reddidisset, liberum esse jusserat, post dies triginta adita est : jure quidem stricto ita manumissus liber esse non potest, quoniam conditione deficitur : sed favor libertatis eò rem perduxit, ut respondeatur expletam conditionem, si per eum cui data esset, non staret, quominus expleretur.

De rationibus intra triginta dies à morte testatoris reddendis, et hereditate post triginta dies adita.

§. 1. Statuliber, antequàm conditio libertatis obtigerit, si quid comparasset : peculio legato non cessurum in libris Gaii Cassii scriptum est : nisi id legatum in tempus libertatis collatum esset. Videamus ne cum peculium et accessionem et decessionem habeat, augmentum quoque ejus peculii, si modò ab herede ei ablatum non sit, legato cessurum sit. Et magis hoc jure utimur.

De eo quod statuliber comparavit.

29. *Pomponius lib. 18 ad Quintum Mucium.*

Statuliberi à cæteris servis nostris nihilo penè differunt. Et ideò quòd ad actiones, vel ex delicto venientes, vel ex negotio gesto, vel contractu pertinet : ejusdem conditionis sunt statuliberi, cujus cæteri. Et ideò in publicis quoque judiciis easdem pœnas patiuntur, quas cæteri servi.

Collatio statuliberi et servi.

§. 1. Quintus Mucius scribit : Paterfamilias in testamento scripserat, si *Andronicus servus meus heredi meo dederit decem, liber esto*. Deinde de his bonis cœperat controversia esse. Qui se lege heredem aiebat esse, is eam hereditatem ad se pertinere dicebat : alter, qui hereditatem possidebat, aiebat testamento se heredem esse : secundum eum sententia dicta erat, qui testamento aiebat se heredem esse. Deinde Andronicus quærebat, si ipsi viginti dedisset, quoniam secundum eum sententia dicta est, fu-

De jussu dare heredi, et de controversia hereditatis.

turusne esset liber : an nihil videatur sententia qua vicit , ad eam rem valere. Quapropter si viginti heredi scripto dedisset , et res contra possessorem iudicata esset , illum in servitute fore. Labéo hoc quod Quintus Mucius scribit , ita putat verum esse , si revera ab lege ab intestato heres fuit is qui vicit : nam si injuria iudicis victus esset scriptus verus heres ex testamento , nihilominus eum paruisse conditioni ei dando , et liberum fore. Sed verissimum est , quod et Aristó Celso rescripsit , posse dari pecuniam heredi ab intestato , secundum quem sententia dicta est : quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complexa videretur : non interesset quo genere quisque dominus ejus fieret : et ideò hunc quoque ea lege contineri , secundum quem sententia dicta est : et liberum futurum eum qui ei dedisset pecuniam : hunc autem , id est , possessorem hereditatis cui data esset summa , si victus esset hereditatis petitione , cum cæteris eam quoque pecuniam victori restituere debere.

30. *Idem lib. 7 ex variis Lectionibus.*

De conditione, si heres non alienaverit.

Si ita liber esse jussus sit : *Stichus , si eum heres non alienaverit , liber esto : etiam si statuliber est , alienari tamen poterit.*

31. *Gaius lib. 13 ad Legem Juliam et Papiam.*

De legato sub conditione rationum editarum.

Si servo sub conditione *rationum editarum* legatum sit : per eam conditionem eum jussum esse legatum accipere , ut pecuniam reliquorum reddat , non dubitatur.

De eo qui cum rationes dederit , cum contubernali sua liber esse jussus est.

§. 1. Et ideò cum quæsitum est , *Stichus , cum rationes dederit , cum contubernali sua liber esto : an mortuo Stichó ante conditionem , contubernalis ejus libera esse possit ? Julianus dixit quæ-*

cet héritier en faveur de qui le juge avoit prononcé , il seroit libre , ou si ce jugement n'avoit aucun effet par rapport à lui. En sorte qu'il craignoit qu'en donnant la somme de dix à l'héritier écrit , le paiement qu'il lui auroit fait ne fût déclaré insuffisant , et qu'il ne restât en servitude. Labéon pense que la décision de Quintus-Mucius ne peut avoir lieu , qu'autant que l'héritier en faveur de qui le juge aura prononcé sera véritablement héritier légitime : car si l'héritier institué dans le testament n'a succombé dans sa demande que par un mal-jugé , l'esclave , en lui payant , a rempli la condition et sera libre. Mais on peut regarder comme très-vrai ce qu'Ariston répond à Celse , qu'on peut payer la somme à l'héritier légitime en faveur de qui le juge a prononcé ; parce que la loi des douze tables , en parlant de l'acheteur , comprend toute espèce d'aliénation , en sorte que peu importe comment celui à qui la somme est payée est devenu le maître de l'esclave ; que la loi comprend également celui qui a obtenu un jugement favorable , et que l'esclave en lui payant la somme ordonnée devient libre. A l'égard de celui qui est en possession de la succession , s'il succombe en défendant à la demande d'hérédité formée contre lui , il doit rendre à celui qui a gagné son procès l'argent qu'il a reçu de l'esclave , avec les autres effets de la succession.

30. *Le même au liv. 7 des différentes Leçons.*

Un esclave affranchi de cette manière , j'affranchis Stichus si mon héritier ne l'aliène pas , est statulibre ; mais il peut être aliéné par l'héritier.

31. *Gaius au liv. 13 sur la Loi Julia et Papia.*

Si un testateur laisse un legs à un esclave sous la condition après qu'il aura rendu ses comptes , il est hors de doute que cette même condition ne lui permet de prendre son legs qu'après qu'il aura payé le reliquat de son compte.

1. En conséquence , sur la question proposée , si l'esclave Stichus a été affranchi de cette manière , Stichus sera libre avec sa compagne quand il aura rendu ses comptes : Stichus étant mort avant d'avoir rempli la

condition, sa compagne seroit libre. Julien a répondu que cette espèce présente une question qui étoit agitée dans les legs : quand on dit je donne et lègue à un tel avec un tel, l'un des deux manquant, l'autre est-il admis au legs ? Julien marque qu'il tient pour l'affirmative, comme si le testateur eût dit je lègue à un tel et à un tel. Ce jurisconsulte ajoute que cette espèce présente une autre question, celle de savoir si la même condition est censée imposée à la compagne. Et il le pense ainsi. D'où il s'ensuit que si Stichus n'est point reliquatave, sa compagne sera libre tout de suite ; s'il est reliquatave de quelque somme, elle doit payer, sans cependant qu'il lui soit permis de prendre cette somme sur son pécule ; parce que cela n'est accordé qu'à ceux qui sont chargés de donner en leurs propres noms une somme pour le prix de la liberté qu'on leur laisse.

32. *Licinius-Rufinus au liv. 1 des Règles.*

Un testateur ayant institué deux héritiers a affranchi un esclave sous la condition de donner une somme de dix à ses héritiers. L'esclave a été vendu et livré par l'un des héritiers. Il deviendra libre en payant la moitié de la somme à l'héritier qui n'a point pris part à la vente.

33. *Papinien au liv. 2 des Questions.*

L'héritier ne peut pas détériorer la condition des statulibres.

34. *Le même au liv. 21 des Questions.*

Un testateur a affranchi un esclave sous la condition de donner une somme de dix à son héritier. L'héritier a affranchi le statulibre et est mort ensuite. Dans cette espèce, la somme ne doit pas être payée à l'héritier de l'héritier. Car, quand on dit que l'esclave peut payer à l'héritier de l'héritier, cela doit s'entendre du cas où le premier héritier qui devoit recevoir la somme est resté maître de l'esclave : ce qui rend, pour ainsi dire, cette condition ambulatorie. En effet il y a deux raisons qui font que la condition doit s'accomplir dans la personne du premier héritier, la première est qu'il a la propriété de l'esclave, la seconde est qu'il a été spécialement désigné par le testateur. La première de ces raisons a lieu dans tout successeur de l'héritier à qui le statulibre sera parvenu, et dans la personne duquel le

tionem esse in hac specie, quæ et in legatis agitur, *illi cum illo do*, an altero deficiente, alter ad legatum admittatur : quod magis sibi placere, perinde ac si ita scriptum esset, *illi et illi*. Aliam etiam esse quæstionem, an contubernali quoque conditio juncta sit ? Quod magis esse. Itaque si nulla reliqua Stichus habuerit, statim eam liberam esse : si habuerit reliqua, debere eam numerare pecuniam : nec tamen liciturum ex suo peculio dare : quia id illis permissum sit, qui principaliter pro sua libertate pecuniam dare jubentur.

32. *Licinius Rufinus lib. 1 Regularum.*

Si duobus heredibus institutis, servus liber esse jussus sit, si decem heredibus dederit : ab altero ex heredibus venierit, et traditus fuerit : pro parte alteri ex heredibus, à quo non venierit, dando pecuniam liber erit.

Si heredibus dare jussus, ab altero illorum venierit.

33. *Papinianus lib. 2 Quæstionum.*

Statuliberorum jura per heredem fieri non possunt duriora.

De jure statuliberi.

34. *Idem lib. 21 Quæstionum.*

Servus, si heredi decem dederit, liber esse jussus est. Statuliberum heres eum manumisit, ac postea defunctus est. Heredis heredi pecunia danda non est. Quod enim placuit, heredis heredi dari oportere, tunc memineras locum habere, cum prior heres dominus accepturus pecuniam fuit : quæ causa facit ambulatoriam (ut ita dixerim) conditionem. Duæ sunt enim causæ, per quas in primi heredis persona conditio impletur : domini ratio, item personæ demonstratio. Prior causa transit in omnem successorem, ad quem pervenerit statuliber per domini translati continuationem : sequens personæ duntaxat ejus qui demonstratus est, adhæret.

An heredi heredis dari debeat.

De rationibus
reddendis.

§. 1. Imperator Antoninus rescripsit, *jussum rationes reddere, et liberum esse, si heres causabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. Quod rescriptum ita accipi debet, ut si reliqua non trahat, liber sit; quod si trahat, ita demum, si obtulerit eam quantitatem quæ refundi debuit ex fide veritatis: non enim libertati sufficit heredem in mora fuisse, si non id fiat per statuliberum, quod remota mora, libertati aditum daret. Quid enim si ita manumissum, Dama, si in Hispaniam profectus anno proximo fructus coegerit, liber esto, Romæ retineat heres, neque proficisci patiatur? Nunquid dicturi sumus, statim ante fructus coactos liberum fore? Nam et cum Romæ stipulatio concipitur ita, *Centum in Hispania dare spondes?* inesse tempus stipulationi, quo possit in Hispaniam pervenire, nec ante jure agi placuit. Sed si heres acceptis rationibus, et reliquis computatis, donare se eas statulibero non habenti quod inferat, proscibat, aut etiam litteris ad eum missis palàm faciat: conditio libertatis impleta videbitur. Quid ergo, si neget se reliqua traxisse, atque ideò, quia per heredem steterit ut accipiat rationes, liberum factum: heres autem, neque se fecisse moram, et reliqua debere statuliberum contendat? Apud eum qui de libertate cognoscat, an conditio sit impleta, constabit: cujus officio continebitur de mora considerare: nec minùs computare rationes; et si reliqua trahi compererit, non esse liberum pronunciare. Sed si nunquam negavit reliqua debere, cum autem conveniret heredem, et rationes offerre professus sit, refusurum quidquid in reliquis esse constiterit, et ejus pecuniæ reum numerare paratum idoneum obtulerit, et heres in mora fuerit: sententia pro libertate dicetur.*

domaine de l'esclave aura été continué; la seconde raison est inhérente à la personne qui a été désignée par le testateur.

1. L'empereur Antonin a décidé dans un rescrit, qu'un esclave affranchi sous la condition de rendre ses comptes n'en est pas moins libre, quoique l'héritier diffère de recevoir ses comptes. Ce rescrit doit s'entendre en ce sens, que l'esclave sera libre s'il ne traîne pas en longueur le paiement du reliquat; si diffère ce paiement, il ne pourra être libre qu'en offrant par lui la somme dont il est redevable réellement et de bonne foi: car il ne suffit pas pour que la liberté appartienne à l'esclave que l'héritier soit en demeure de recevoir l'argent, il faut encore que le statulibre ne fasse rien de son côté qui puisse donner ouverture à la liberté, indépendamment du retard de l'héritier. Que droit-on en effet d'un esclave affranchi sous cette condition, j'affranchis Damas s'il va l'année prochaine en Espagne faire la récolte des fruits, l'héritier retenant l'esclave à Rome, et ne lui permettant pas de partir pour l'Espagne? Pourroit-on dire qu'il seroit libre tout de suite et avant la récolte des fruits? Quand une stipulation est faite à Rome en ces termes, vous promettez de me payer cent en Espagne, on décide que le temps nécessaire pour se rendre en Espagne fait partie de la stipulation, en sorte qu'on ne peut valablement intenter l'action avant qu'il soit écoulé. Mais si l'héritier, après avoir alloué le compte de l'esclave, et calculé le reliquat, déclare publiquement qu'il fait présent au statulibre de ce qui reste dû, parce qu'il n'a pas de quoi le payer, ou qu'il manifeste sa volonté à cet égard en écrivant en conséquence une lettre au statulibre, la condition imposée à la liberté sera censée remplie. Cependant que faudra-t-il décider si d'un côté le statulibre soutient qu'il n'a pas traîné en longueur le paiement du reliquat, et que c'est par le fait de l'héritier que son compte n'a pas été rendu; que d'un autre côté l'héritier soutienne qu'il n'a apporté de sa part aucun obstacle à la condition du compte, et que le statulibre est reliquataire? Celui qui doit juger de la liberté constatera si la condition est remplie; il sera de son devoir d'examiner s'il y a eu quelque délai, et de procéder à

l'audition du compte; et s'il paroît que le statulibre diffère de payer le reliquat, il prononcera qu'il n'est pas libre. Mais si l'esclave n'a jamais mé être reliquataire, et qu'en actionnant l'héritier pour lui faire offre de rendre son compte, il ait en même temps offert de lui payer tout ce dont il se trouveroit reliquataire, en donnant à cet égard une caution prête à payer, en sorte que l'héritier se trouve en demeure, le juge prononcera pour la liberté.

35. *Le même au liv. 9 des Réponses.*

Le statulibre est censé empêcher par son fait l'exécution de la condition imposée à sa liberté, s'il ne peut pas payer la somme ordonnée sur le pécule qu'il avoit étant sous la puissance de l'héritier, par lequel il a depuis été vendu: parce que la volonté du testateur ne peut pas s'étendre au point de lui permettre de prendre cette somme sur le pécule qu'il a sous le nouvel acquéreur. Il en sera de même si l'esclave a été vendu par l'héritier avec son pécule, et qu'ensuite l'héritier vendeur ait par mauvaise foi gardé le pécule; car, quoique l'acquéreur ait à cet égard contre lui l'action d'achat, il est cependant vrai que l'esclave n'a point eu de pécule chez l'acquéreur.

36. *Le même au liv. 2 des Définitions.*

Les prudens ont décoré de la qualité de statulibre un esclave substitué pupillairement avec don de la liberté au fils du testateur. Ils ont voulu qu'il ne pût être aliéné qu'à la charge de la liberté qui lui a été laissée, de peur qu'il ne dépendit du fils en bas âge de rendre inutile le testament de son père. Cette décision doit s'étendre sans distinction à tous les cas où l'esclave est substitué, soit dans le second ou le troisième degré.

37. *Gaius au liv. unique des Cas particuliers.*

Si le testament porte, je donne à Titius l'esclave Stichus pour qu'il l'affranchisse; s'il ne l'affranchit pas, je lui donne sa liberté: Stichus est libre tout de suite.

38. *Paul au liv. 1 sur Neratius.*

Toute espèce d'empêchement venant de la part de l'héritier ne fait point regarder la condition comme remplie à l'égard du statulibre: il faut que cet empêchement ait été occasionné par un dessein d'empêcher l'effet de la liberté.

35. *Idem lib. 9 Responsorum.*

Non videbitur per statuliberum stare, quominus conditio libertatis existat, si de peculio quod apud venditorem servus habuit, pecuniam conditionis offerre non possit: ad alienum enim peculium voluntas defuncti porrigi non potuit. Idem erit, et si cum peculio servus venierit, et venditor fide rupta peculium retinuerit: quamquam enim ex empto sit actio, tamen apud emptorem peculium servus non habuit.

Si venditor statuliberi peculium retinuerit.

36. *Idem lib. 2 Definitionum.*

In tabulis secundis filio servum data libertate substitutum, jure statuliberi prudentes munierunt. Quod utilitas recipiat: scilicet ut cum sua causa alienaretur, ne patris testamentum puer filius rescindat. Quæ juris auctoritas, citra delectum ordinis, ad secundum quoque, vel tertium substitutum porrecta est.

De servo cum libertate substituto.

37. *Gaius lib. singulari de Cassibus.*

Si ita scriptum sit: Stichum Titio do, ut eum manumittat: si non manumiserit, liber esto: statim Stichum liberum esse.

De legato, ut manumittatur: et nisi manumittatur, liber sit.

38. *Paulus lib. 1 ad Neratium.*

Non omne ab heredis persona interveniens impedimentum statulibero pro expleta conditione cedit: sed id duntaxat, quod impediendæ libertatis factum est.

De herede impediendo conditionem impleri.

39. *Javolenus lib. 4 ex Posterioribus Labeonis.*

39. *Javolenus au liv. 4 des Postérieurs de Labéon.*

De statulibero legato.

Stichum Attio do lego : et si is einummos centum dederit , liber esto. Si servus ex testamento nummos Attio dedisset , eos repetere heredem non posse , Labeo existimat : quia Attius eos à servo suo acceperit , non ab heredis servo. Eum autem statuliberum esse Quintus Mucius , Gallus , et ipse Labeo putant. Servius , Ofilius , non esse. Superiorem sententiam probo : ita tamen , ut is servus heredis , non legatarii sit : utpotè cùm legatum statulibertate tollatur.

Je donne et lègue Stichus à Attius ; si Stichus donne à Attius la somme de cent il sera libre. Si l'esclave Stichus donne , en vertu du testament , la somme à Attius , Labéon pense que l'héritier ne peut pas répéter cette somme ; parce qu'Attius l'a reçue de son esclave , et non de l'esclave de l'héritier. Au surplus , Quintus-Mucius , Gallus , et Labéon lui-même pensent que cet esclave est statulibre. Servius et Ofilius sont d'un avis contraire. Je me range du premier sentiment , en regardant cependant cet esclave comme appartenant à l'héritier , et non comme appartenant au légataire , parce que le legs de l'esclave est éteint par la concession conditionnelle qui lui est faite de sa liberté.

De conditione , quando solutum , est factumve erit.

§. 1. *Stichus liber esto , quando aes alienum meum solutum , creditoribusve meis satisfactum erit.* Quamvis heres locuples extitisset , tamen non prius Stichum liberum futurum , quàm creditores pecuniam , aut satis accepissent , aliove quo modo sibi cavissent , Labeo , Ofilius responderunt.

1. Je veux que Stichus soit libre quand mes dettes seront payées , ou que mes créanciers seront autrement satisfaits. Quoique l'héritier soit riche et solvable , néanmoins Stichus ne sera libre que quand les créanciers seront payés ou satisfaits , ou qu'ils auront pris leurs sûretés d'une autre manière : c'est le sentiment de Labéon et d'Ofilius.

De pecunia , quam heres statulibero ad negotiandum dedit

§. 2. Si heres servo pecuniam ad negotiandum dedisset : statuliberum eam ipsam numerando liberari ex testamento non posse Labeo , Trebatius responderunt : quia reddere eam magis quàm dare videretur. Ego puto , si peculiares nummi fuerunt , ex testamento eum liberum futurum.

2. Labéon et Trébatius ont répondu qu'un esclave à qui l'héritier auroit donné une somme pour faire le commerce , étant devenu statulibre par le testament de son maître , ne pouvoit pas s'acquitter de la somme qu'il lui est ordonné de payer en la prenant sur les deniers qui lui ont été confiés par l'héritier ; parce qu'il est censé restituer cette somme plutôt que la payer. Pour moi , je pense que si ces deniers entroient dans le pécule de l'esclave , il peut , en les fournissant , s'acquitter de la condition qui lui est imposée par le testament.

De operis annorum septem solvendis.

§. 3. *Dama servus , cùm heredi meo annorum septem operas solverit , liber esto.* Et is servus infra septem annos in judicio publico esset , septimus annus præterisset : Servius ait eum non liberari debere : Labeo , etsi postea solvisset annorum septem operas , liberum futurum. Quod verum est.

3. Je donne la liberté à l'esclave Damas quand il aura travaillé pendant sept ans pour le compte de mon héritier. Dans l'espace de sept ans , l'esclave s'est trouvé impliqué dans une affaire criminelle , la septième année étant écoulée. Servius a été d'avis qu'il ne devoit pas être libéré. Labéon pense que si par la suite il fournit les sept années de travail , il sera libre. Ce sentiment est juste.

De morte ejus , qui dari debebat.

§. 4. *Si Stichus Attiæ mille nummos dedit , liber esto.* Attia vivo testatore decessit. Non posse Stichum liberum esse Labeo , Ofilius responderunt. Trebatius ,

4. J'affranchis Stichus s'il donne à Attia la somme de mille. Attia est morte du vivant du testateur. Labéon et Ofilius ont répondu que Stichus ne pouvoit pas parvenir

à la liberté. Trébatius fait une distinction : il est de l'avis de Labéon et d'Ofilius si Attia étoit morte avant le testament ; si elle est morte depuis , il pense que l'esclave doit parvenir à la liberté. Le sentiment de Labéon et d'Ofilius est fondé en raison ; cependant, dans l'usage , nous regardons cet esclave comme libre en vertu du testament.

5. Si un esclave est affranchi sous la condition de fournir ses travaux à un étranger , personne ne peut lui procurer la liberté en offrant de fournir ses travaux au nom de l'esclave. C'est le contraire de ce qu'on observe quand l'esclave est affranchi sous la condition de donner une somme d'argent : car un étranger qui fourniroit la somme pour lui lui procureroit la liberté.

40. Scévola au liv. 24 du Digeste.

La liberté a été laissée ainsi à Stichus : Je demande à mes héritiers , et je les charge par fidéicommiss d'affranchir mon esclave Stichus quand il aura rendu ses comptes. Cet esclave s'étant fait payer depuis la mort du testateur de grosses sommes dont il est reliquataire , ayant exigé des comptes particuliers des fermiers , qu'il n'a pas portés dans son compte général , ayant spolié l'hérédité en ouvrant clandestinement les greniers , en volant les meubles et la garde-robe , et en épuisant les celliers : on a demandé si la liberté fidéicommissaire ne lui seroit due que du moment qu'il auroit payé ce dont il est reliquataire de mauvaise foi , et qu'il auroit restitué ses vols ? J'ai répondu que la liberté fidéicommissaire ne devoit lui être accordée qu'après qu'il auroit rendu tout ce dont il a fait tort à la succession.

1. J'affranchis Pamphile , en rendant par lui exactement son pécule à mes héritiers. L'esclave étant débiteur envers son maître d'une somme plus forte que ce qu'il a dans son pécule , on a demandé si la liberté lui appartenoit en vertu du testament ? J'ai répondu que , suivant l'exposé , je ne voyois aucune raison de lui refuser cette liberté.

2. Un testateur ayant institué pour une portion Pamphile , son affranchi , lui avoit légué en particulier l'esclave Stichus , à qui il avoit laissé la liberté en ces termes : De manière que vous l'affranchissiez si , pendant cinq ans continus , à compter du jour de ma mort , il vous donne par mois une somme

si ante testamentum factum Attia decessisset , idem : si postea , eum liberum futurum. Labeonis et Ofilii sententia rationem quidem habet : sed hoc jure utimur , ut is servus ex testamento liber sit.

§. 5. Si servus operas extraneo dare jussus esset : nullus nomine servi suas operas dando , liberare servum potest. Quod in pecunia aliter observatur : utpotè cum extraneus , pro eo servus dando pecuniam , servum liberaret.

An extraneus pro servo dare possit.

40. Scævola lib. 24 Digestorum.

Sticho libertas data est : Ab heredibus meis peto , fideique eorum committo , ut rationibus redditis Stichum manumittant. Quæsitum est , cum ampla pecunia exacta post mortem testatoris sibi commissa relinqueretur , et quasdam summas à coloniis exactas rationibus non intulerit , hereditatemque spoliaverit , apertis clam horreis , sublatisque suppellectili et veste , et apothecis exhaustis : an non prius ei fideicommissa libertas debeatur , quam ea quæ mala ratione reliquatus est , quæ furatus est , reposuerit ? Respondit , non prius ei fideicommissam libertatem præstandam , quam et reliqua , et omnia quæ per eum abessent , restituisset.

De rationibus reddendis.

§. 1. Pamphilus liber esto , peculio suo heredibus verè dato. Quæsitum est , cum plus domino debeat , quam in peculio habeat : et omnes res quas in peculio habeat , bona fide heredibus dederat : an libertas ex testamento competat ? Respondit , nihil proponi , cur non competet.

De peculio heredi verè dando.

§. 2. Pamphilo liberto , quem heredem ex parte instituerat. Stichum servum prælegaverat , et ei libertatem his verbis dederat : Ita ut si tibi ex die mortis meæ per annos continuos quinque menstruos sexagenos dederit , tunc eum manumittas. Pamphilus ante quinquennium moriens , here-

De morte ejus cui dari debebat. De rationibus reddendis.

dibus institutis filio et uxore, de eodem Stichus ita cavuit : *Stichus servus, qui mihi testamento patroni mei certa conditione relictus est, jubeo det præstet filio et uxori meæ sine ulla controversia; et eum tempore peracto manumittant.* Quæsitum est, si Stichus sexagenos nummos mensu-truos non præstiterit, an impleto quin-quennio fideicommissa libertas ei debeatur? Respondit, nisi præstitisset, fidei-commissam libertatem non deberi.

§. 3. Servus testamento ita manumis-sus est : *Stichus servus meus actor, si rationem omnem actus sui heredi meo reddiderit, eoque nomine satisfecerit, liber esto: eique cum liber erit, dari volo viginti, et peculium suum.* Quæsitum est, an si rationes quas egit per multos annos sine subscriptione testatoris, heredi reddere paratus sit, liber ex testamento fiat: cum propter gravem valetudinem testator non potuerit rationibus subscribere, testamento tamen subscripserit? Respondit, si ex fide ratio redderetur, reliqua que inferentur, liberum fore.

§. 4. Item quæro, an ea quæ exacta sunt per adutores ejus, neque calendario illata sunt, aut fraudulenter acta, huic adscribi possint: cum esset is præpositus? Respondit, si id esset, quod culpæ ejus deberet imputari, spectare ad rationis reddendæ necessitatem.

§. 5. Item quæro, an eorum quoque nomine ratio haberi debeat, quod neque à conductoribus prædiorum, neque à villicis pensiones exegerit, et insuper etiam promutuum eis dederit? Respondit, supra responsum est.

§. 6. Item quæro, an eo nomine teneatur, quod omnem rem suam, id est, peculium exportaverit antequàm rationes redderet?

de soixante. Pamphile est mort avant les cinq ans, ayant institué pour ses héritiers son fils et sa femme, et il a fait à l'égard de l'esclave Stichus la disposition suivante : Je veux et ordonne que l'esclave Stichus, qui m'a été laissé par le testament de mon patron sous certaine condition, donne et paye la somme qui lui est imposée à mon fils et à ma femme, sans aucune contestation, moyennant quoi ils l'affranchiront après le temps passé. On a demandé si Stichus n'ayant pas payé la somme de soixante par chaque mois, la liberté fidéicommissaire lui seroit due après les cinq ans? J'ai répondu que s'il n'a pas acquitté la somme ordonnée chaque mois, la liberté fidéicommissaire ne lui étoit pas due.

3. Un esclave a été affranchi par testament en ces termes : J'affranchis l'esclave Stichus, mon homme d'affaires, lorsqu'il aura entièrement rendu compte de son administration à mon héritier, et qu'il aura satisfait à cet égard; et lorsqu'il sera libre, je veux qu'on lui donne une somme de vingt et son pécule. On a demandé si l'esclave étant en état et offrant de rendre compte à l'héritier de l'administration qu'il a gérée pendant plusieurs années, quoique les comptes n'aient point été signés par le testateur, il seroit libre en vertu du testament : on exposoit que le testateur n'avoit pas pu signer les comptes à cause de sa mauvaise santé, et que cependant il avoit souscrit au testament? J'ai répondu que l'esclave seroit libre s'il rendoit son compte de bonne foi, et s'il en payoit le reliquat.

4. On demande encore si les sommes exigées par ceux que l'esclave a commis, et qui n'ont pas été portées sur son registre, ou qui n'y ont pas été portées fidèlement, peuvent lui être imputées, par la raison qu'il étoit préposé sur ces commis? J'ai répondu que si on pouvoit prouver qu'il y eût de sa faute, il seroit obligé d'en faire raison dans son compte.

5. On demande aussi s'il doit tenir compte de ce qu'il n'a pas touché des locataires ou des fermiers, et en outre de l'argent qu'il leur auroit avancé? J'ai répondu que la décision se trouvoit ci-dessus.

6. Enfin on a demandé s'il étoit obligé à raison de ce qu'il avoit transporté tout son bien, c'est-à-dire son pécule, avant d'avoir rendu

rendu ses comptes ? J'ai répondu que cela ne nuisoit point à l'exécution de la condition, pourvu qu'il rendit son compte.

7. Titius a laissé par testament chacun des esclaves employés sous son homme d'affaires à différentes personnes, sous la condition de rendre leurs comptes à son héritier. Ensuite, dans un autre article, il a dit : Je veux que tous les gens d'affaires que j'ai légués ou affranchis rendent leurs comptes dans les quatre mois de ma mort, et que ce compte soit rendu à chacun des maîtres à qui je les ai légués. Plus bas, il a affranchi d'autres gens d'affaires, en ajoutant également, s'ils rendent compte à mon héritier. On demande si ces esclaves gens d'affaires cessent d'être statulibres, si c'est par le fait de l'héritier que les comptes ne peuvent pas être rendus; ou s'ils peuvent dans tous les temps, en rendant leurs comptes et acquittant le reliquat, acquérir leur liberté en vertu du testament ? J'ai répondu que les legs et les libertés n'appartenoient qu'autant que les comptes auroient été rendus, ou que ce seroit par le fait de l'héritier qu'ils ne seroient pas rendus; mais c'est au juge à examiner si le temps fait partie de la condition ajoutée aux legs et aux libertés, ou si le testateur a ajouté au temps ordinaire pour rendre les comptes quatre autres mois pour éviter tout autre délai. Il est toujours mieux, en cas de doute, de se décider en faveur des libertés.

8. Un commis de banquier, qui avoit presque toute sa fortune en dettes actives, a donné la liberté aux esclaves qu'il employoit pour ses affaires, en ces termes : Quel que soit mon héritier, je veux que l'esclave Damas, mon homme d'affaires, en rendant compte à mon héritier des affaires qu'il a faites sous son nom et sous celui de Pamphile, son camarade et son associé, et en se mettant au pair, soit libre dans les six mois du jour de ma mort. On a demandé si ces mots, en se mettant au pair, s'étendoient à toutes les dettes, excepté les dettes véreuses, en sorte que ces termes signifiaient s'ils ont exigé toutes les sommes dues par tous les débiteurs, et s'ils les ont payées à l'héritier, ou l'ont autrement satisfait : de manière que s'ils ont négligé d'exiger ce qui est dû, la liberté ne leur soit pas due dans les six mois ? J'ai répondu que

Tome VI.

redderet ? Respondit, nihil eam rem impedire conditionem, si modò ratio redderetur.

§. 7. Titius testamento servos actoris singulos diversis personis legavit, cum adjectione, *Si rationes heredi reddiderint*. Deinde proprio capite ita scripsit: *Omnes actores quos legavi, vel manumisero, intra quartum mensem mortis meæ rationes reddere volo : et dominis quibus à me legati sint, reddi*. Infrà deinde alios actores liberos esse jussit æquè cum hac adjectione, *Si rationes heredi reddiderint*. Quæro., cùm per heredem fiat, quò minùs reddantur : utrùm statuliberi esse desinant : an nihilominùs quandoque possint, reddita ratione et reliquis illatis, libertatem ex testamento consequi ? Respondit, legata quidem et libertates non aliàs competere, quàm rationes redditæ essent, aut per heredem staret, quò minùs redderentur : verùm judicaturò æstimandum, utrùm tempus conditioni legatorum libertatumque additum videatur : an libero tempore reddere volentibus reliqua hereditibus quatuor menses appositi sint, sollicito testatore cunctationem, et moram eorum proscribente. Meliùs autem est, præsumptionem pro statuliberis esse.

§. 8. Argentarius coactor, cùm penè totam fortunam in nominibus haberet, servis actoribus libertatem ita dedit: *Quisquis mihi heres erit, si Damas servus meus actus sui qui agitur nomine ejus et Pamphili conservi sui, heredi meo rationes reddiderit, parique fecerit à die mortis meæ, intra mensem sextum, liber esto*. Quæsitum est, an hæc verba, *parique fecerit*, ad omnia nomina pertineant, exceptis perditis : ut hoc significant, si omnem pecuniam ab omnibus exegerint, et heredi solverint, vel eo nomine satisfecerint : et si in exactione nominum cessaverint intra sex menses, libertas illis non competat ? Respondit, manifestam esse conditionem verbis testamenti suprascriptis positam : igitur ita demùm liberos fore, si aut ei pareant, aut per heredem stet, quò minùs pareant.

41. *Labeo lib. 1 Pithanon à Paulo epitomatorum.*

De conditione, si servierit, vel si triennio operas dederit.

Si quem servum tuum ad certum tempus statuliberum relinquere vis : nihil interest, utro modo caveas, *Si servierit, an Si triennio operas dederit, liber esto.*

De promissione.

§. 1. Paulus : Si quis liber esse jussus fuerit, si decem heredi promississet : quamquam ea promissio nullam rem habitura est, tamen promittenda liberabitur.

42. *Idem lib. 3 Pithanon.*

De legato uxori, qui cum ea nupsisset, liber esse jussus est.

Si quis eundem hominem uxori suæ legaverit, et cum ea nupsisset, liberum esse jusserit, et ea ex lege nupsisset : liber fiet is homo.

TITULUS VIII.

QUI SINE MANUMISSIONE

AD LIBERTATEM PERVENIUNT.

1. *Paulus lib. 5 ad Plautium.*

De vendito, ut manumittatur

Si servus venditus est, ut intra certum tempus manumitteretur : etiamsi sine herede decessisset et venditor et emptor, servo libertas competit. Et hoc divus Marcus rescripsit. Sed etsi mutaverit venditor voluntatem, nihilominus libertas competit.

2. *Modestinus lib. 6 Regularum.*

De habito pro derelicto.

Servo quem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatem habuit, ex edicto divi Claudii competit libertas.

3. *Callistratus lib. 3 de Cognitionibus.*

De vendito, ut manumittatur

Euim, qui ita venit, ut intra tempus manumitteretur, cum dies præstandæ libertatis venerit, vivente venditore, et perseverante in eadem voluntate, perinde haberi, ac si ab eo, à quo debuit manumitti, manumissus esset : mortuo autem venditore, non esse heredum ejus voluntatem

la condition étoit manifestement écrite dans les termes du testament ci-dessus rapportés : en sorte que les esclaves ne peuvent être libres qu'en y satisfaisant, à moins que l'héritier ne mette lui-même obstacle à son exécution.

41. *Labeon. au liv. 1 des Conjectures abrégées par Paul.*

Si vous avez intention de laisser votre esclave statulibre pendant un certain temps, vous pouvez dire indifféremment : Je l'affranchis sous la condition de servir, ou de fournir ses travaux pendant trois ans.

1. Paul : Si quelqu'un est affranchi sous la condition de promettre à l'héritier une somme de dix, sa promesse, quoiqu'elle ne doive avoir aucun effet, l'acquittera de la condition qui lui est imposée.

42. *Idem au liv. 3 des Conjectures.*

§. 2. Quòd si is qui pro sua libertate litigat, desit, contradictor verò præsens sit: melius erit in augeri causam ejus, sententiamque proferri. Si enim liquebit contra libertatem dabit. Evenire autem potest, ut etiam absens vincat: nam potest sententia etiam secundum libertatem ferri.

28. Pomponius lib. 12 ad Quintum Mucium.

Quid sit voluntate domini esse in libertate.

Non videtur domini voluntate servus in libertate esse, quem dominus ignorasset suum esse. Et est hoc verum: is enim demum voluntate domini in libertate est, qui possessionem libertatis ex voluntate domini consequitur.

décider. suivant la qualité des personnes, ce qui est avantageux au pupille.»

1. Si celui qui a contesté à quelqu'un l'état de liberté ne se présente point en jugement, le défendeur reste dans la même condition où il étoit avant d'essayer cette contestation. Il en tire cependant cet avantage, que le demandeur perd son procès. Mais cela ne le placera pas dans la classe des ingénus s'il n'y étoit pas auparavant: car le défaut d'un contradicteur ne donne pas l'ingénuité. Je crois que les juges se conduiront bien, et suivant l'ordre judiciaire, si, dans le cas où le demandeur seroit défaillant, il donne le choix au défendeur ou de laisser prolonger la cause ou de recevoir tout de suite son jugement après avoir été entendu dans ses défenses. Si les juges prennent connoissance de la cause, ils devront prononcer qu'ils ne jugent pas que le défendeur soit l'esclave d'un tel. Ce jugement ne peut porter aucun préjudice, parce que le défendeur n'est pas déclaré ingénu, mais simplement n'être pas l'esclave d'un tel. Si l'agit d'un homme qui étant dans l'état de servitude réclame la liberté, les juges feront mieux de différer la cause, afin de n'être pas obligés de prononcer que cet homme qui n'a aucun contradicteur est ingénu; à moins cependant qu'ils ne soient déterminés au contraire par de fortes raisons, et qu'il n'y ait des preuves évidentes en faveur de la liberté. C'est aussi ce qui est décidé dans un rescrit de l'empereur Adrien.

2. Si c'est celui qui se prétend libre qui est défaillant, et que son adversaire se présente, il sera plus à propos de suivre la cause et de porter le jugement. En effet le juge pourra prononcer contre la liberté si les raisons de l'adversaire présent lui paroissent convaincantes. Mais il pourra aussi arriver que le défaillant gagne son procès: car le juge peut également prononcer en faveur de la liberté.

28. Pomponius au liv. 12 sur Quintus-Mucius.

Un esclave n'est point censé être dans l'état de liberté du consentement de son maître, quand son maître ignore qu'il lui appartient. Et cela est très-vrai: car un esclave n'est en état de liberté du consentement de son maître, que lorsqu'il a acquis par la volonté du maître la possession de la liberté.

29. *Arrius-Ménander* au liv. 5 de l'Etat militaire.

Celui qui étant en instance sur sa liberté s'est enrôlé dans les troupes avant le jugement, n'est pas plus avantage que les autres esclaves; il ne peut tirer aucun avantage de ce qu'il est regardé en certaines choses comme une personne libre; et, quoiqu'il ait passé pour libre il n'en sera pas moins dégradé, c'est-à-dire renvoyé de la milice et chassé du camp. On entend parler ici d'un homme qui, étant dans l'état de servitude, a réclamé sa liberté, ou de celui qui a été dans un état de liberté, mais frauduleusement. Néanmoins celui qui jouissant de l'état de liberté auroit été méchamment revendu comme esclave sera conservé dans les troupes.

1. Si celui qu'un jugement a déclaré ingénu s'est enrôlé dans les troupes, il doit être rendu à son nouveau maître dans le cas où le jugement seroit revu de nouveau dans les cinq ans à cause de la collusion.

30. *Julien* au liv. 5 d'après *Minicius*.

Deux particuliers revendent séparément un homme comme leur esclave, et chacun prétend qu'il lui en appartient moitié; si un jugement prononce que cet homme est libre, un autre qu'il est esclave, il est à propos de presser les juges de s'accorder. Si on ne peut y parvenir, on dit que *Sabin* pensoit que cet homme devoit être emmené en servitude par la partie qui avoit gagné contre lui. *Cassius* est du même sentiment, que j'adopte aussi. Il est en effet ridicule qu'on juge que cet homme est en partie esclave et en partie libre (voilà ce que dit *Minicius*). Cependant il est plus convenable de répondre en faveur de la liberté que cet homme est libre, mais qu'il doit payer à celui qui a gagné contre lui moitié de la somme à laquelle il sera estimé à dire de prud'homme.

31. *Ulpian* au liv. 1 des Réponses.

J'ai répondu qu'un fils dont le père avoit affranchi un esclave, ne pouvoit pas le revendre en servitude, et contester la validité de son affranchissement parce qu'il avoit accepté la succession de son père.

32. *Paul* au liv. 6 des Règles.

Il y a un sénatus-consulte qui règle ce qu'on doit observer par rapport aux biens de ceux qui de l'état d'esclaves ou d'affran-

29. *Arrius Menander* lib. 5 de *Re militari*.

Qui de libertate sua litigans, necdum sententia data militiæ se dedit, in pari causa cæteris servis habendus est: nec exonerat eum, quòd pro libero habeatur in quibusdam. Et licet liber apparuerit, exauctoratus, id est, militia remotus, castis rejicietur: utique qui ex servitute in libertatem petitus sit, vel qui non sine dolo malo in libertate moratus est. Qui verò per calumniam petitus in servitutem est, in militia retinebitur.

De militia.

§. 1. Qui ingenuus pronunciat est, si se militiæ dedit, intra quinquennium retractata sententia, novo domino reddendus est.

30. *Julianus* lib. 5 ex *Minicio*.

Duobus petentibus hominem in servitute pro parte dimidia separatim, si uno judicio liber, altero servus judicatus est: commodissimum est eousque cogi judices, donec consentiant. Si id non continget, *Sabinum* refertur existimasse duci servum debere ab eo qui vicisset. Cujus sententiæ *Cassius* quoque est, et ego sum. Et sanè ridiculum est arbitrari eum pro parte dimidia duci, pro parte libertatem ejus tueri. Commodius autem est, favore libertatis liberum quidem eum esse, compelli autem pretii sui partem viri boni arbitrato victori suo præstare.

De duobus separatim pro parte in servitute petentibus.

31. *Ulpianus* lib. 1 *Responsorum*.

Filium ob hoc quod patri heres extitit, prohiberi à patre suum servum manumissum in servitutem petere.

Si filius patri, qui manumiserat ejus servum, successerit.

32. *Paulus* lib. 6 *Regularum*.

De bonis eorum qui ex servitute aut libertinitate in ingenuitatem vindicati sunt, senatusconsultum factum est, quo

De bonis eorum qui ex servitute aut libertinitate in inge-

nitatem vindicati sunt.

cavetur, de his quidem qui ex servitute defensi essent, ut id duntaxat ferrent, quod in domo cujusque intulissent: in eorum autem bonis qui post manumissionem repetere originem suam voluissent, hoc amplius, ut quod post manumissionem quoque adquisissent non ex re manumissoris, secum ferant: cætera bona relinquerent illi, ex cujus familia exissent.

33. *Idem lib. singulari de liberali Causa.*

De eo qui se venditari passus est.

Qui sciens liberum emit, quamvis et ille se pateretur venire, tamen non potest contradicere ei qui ad libertatem proclamavit. Sed si alii eum ignoranti vendiderit, denegabitur ei proclamatio.

34. *Ulpianus lib. singulari Pandectarum.*

De rationibus reddendis.

Imperator Antoninus constituit, non aliàs ad libertatem proclamationem cuiquam permittendam, nisi prius administrationum rationes reddiderit, quas cum in servitute esset, gessisset.

35. *Papinianus lib. 9 Responsorum.*

De servis ad templi custodia destinatis.

Servos ad templi custodiam, quod edificari Titia voluit, destinatos, neque manumissos, heredis esse constitit.

36. *Idem lib. 12 Responsorum.*

De servo abducendo.

Dominus qui obtinuit, si velit servum suum abducere, litis æstimationem pro eo accipere non cogetur.

37. *Callistratus lib. 2 Quæstionum.*

De privata conventionione.

Conventio privata neque servum quemquam, neque libertum alicujus facere potest.

38. *Paulus lib. 15 Responsorum.*

De venditore, qui professus est se manumissurum.

Paulus respondit: si (ut proponitur) post perfectam sine ulla conditione emptionem, postea emptor ex voluntate sua litteras emisit, quibus profiteretur, se post certum

chis passent par un jugement dans la classe des ingenus. Il porte qu'à l'égard de ceux qui étoient avant le jugement en état de servitude, ils emporteroient avec eux ce qu'ils ont porté dans la maison de leurs prétendus maîtres, et qu'à l'égard de ceux qui ont réclamé l'ingénuité après avoir été affranchis, ils emporteroient en outre avec eux ce qu'ils ont acquis depuis leur affranchissement, autrement cependant qu'en administrant les biens de celui qui les a affranchis. Pour les autres biens, ils doivent les laisser à ceux sous la possession desquels ils étoient avant le jugement.

35. *Le même au liv. unique des Instances en matière de Liberté.*

Celui qui a acheté sciemment un homme libre qui se laissoit vendre volontairement, ne peut pas s'opposer à ce qu'il réclame la liberté. Mais s'il avoit vendu ce même homme à un autre qui n'auroit point eu connoissance de son état originaire, l'homme ainsi vendu ne seroit point admis à réclamer la liberté.

34. *Ulpian au liv. unique des Pandectes.*

L'empereur Antonin a donné une constitution, qui porte que nul ne doit être admis à réclamer la liberté avant d'avoir rendu ses comptes de la gestion qui lui a été confiée pendant qu'il étoit en état de servitude.

35. *Papinien au liv. 9 des Réponses.*

Il a été décidé que des esclaves que Titia avoit destinés à la garde d'un temple dont elle avoit ordonné la construction, et qu'elle n'avoit point affranchis, appartenoient à son héritier.

36. *Le même au liv. 12 des Réponses.*

Le maître qui a gagné son procès, et qui veut emmener l'esclave qui lui a été adjugé, ne peut pas être forcé à prendre à sa place sa valeur.

37. *Callistrate au liv. 2 des Questions.*

On ne peut par une convention particulière faire que quelqu'un soit esclave ou affranchi.

38. *Paul au liv. 15 des Réponses.*

Paul a répondu: Si, comme on le propose, après une vente faite sans aucune condition, l'acheteur a volontairement déclaré par une lettre qu'il affranchiroit dans un certain

certain terme celui qu'il avoit acheté, cette lettre n'avoit aucun rapport avec l'ordonnance de l'empereur Marc-Aurèle.

1. Le même jurisconsulte a répondu que l'ordonnance de l'empereur Marc-Aurèle concernoit la liberté des esclaves qui avoient été vendus sous la condition d'être affranchis après un certain temps, mais que la même faveur de la liberté devoit faire étendre la disposition de cette ordonnance à une fille esclave pour l'affranchissement de laquelle on a donné de l'argent à son maître, puisqu'il doit encore l'avoir pour son affranchie.

2. On a demandé si l'acheteur pouvoit donner valablement la liberté à un esclave avant d'en avoir payé le prix? Paul a répondu, si le vendeur a livré l'esclave à l'acheteur, et qu'il en ait reçu des sûretés pour le prix, l'esclave appartient à l'acheteur, même avant le paiement du prix.

3. Gaius-Séius a vendu son esclave Stichus à Lucius-Titius, sous la condition qu'il l'affranchiroit au bout de trois ans, s'il demeureroit continuellement sous sa puissance pendant les trois ans. Avant l'expiration des trois années, l'esclave Stichus a pris la fuite, et est revenu peu de temps après la mort de Titius. On a demandé si cela portoit obstacle à la liberté qu'il a droit de réclamer en vertu de la clause insérée dans le contrat de vente? Paul a répondu, que, suivant l'exposé, la liberté appartenoit à Stichus après l'expiration du terme fixé pour son affranchissement.

39. *Le même au liv. 5 des Sentences.*

Celui qui n'est pas obligé à donner des preuves de son ingénuité, doit être admis à le faire s'il l'offre volontairement.

1. Les juges qui connoissent des questions d'ingénuité peuvent décerner des peines contre celui qui a calomnieusement intenté le procès, jusqu'à l'exil inclusivement.

2. Les tuteurs et les curateurs ne peuvent point contester l'état de ceux dont ils ont géré la personne et les biens.

3. Un mari peut intenter la question d'état contre sa femme laquelle est en même temps son affranchie.

40. *Hermogénien au liv. 5 de l'Abregé du droit.*

Un majeur de vingt ans s'est laissé vendre

certum tempus manumissurum eum quem emerat : non videri eas litteras ad constitutionem divi Marci pertinere.

§. 1. Idem respondit, constitutionem quidem divi Marci ad libertatem eorum mancipiorum pertinere, quæ hac lege venierint, ut post tempus manumitterentur : sed eundem favorem libertatis consequendæ causa etiam eam mereri, pro qua dominus pretium accepit, ut ancillam suam manumitteret; cum idem etiam libertatem habiturus sit.

§. 2. Quæsitum est, an emptor servo rectè libertatem dederit nondum pretio soluto? Paulus respondit, servum quem venditor emptori tradidit, si ei pro pretio satisfactum est, et nondum pretio soluto, in bonis emptoris esse cœpisse.

§. 3. Gaius Seius Stichum servum Lucio Titio vendidit ita ut, Titius Stichum post triennium manumitteret, si continuo triennio servisset. Sed nondum exacto tempore triennii Stichus fugit, et post aliquantulum temporis defuncto Titio revertit. Quæro, an obstat Sticho ad adsequendam ex venditione libertatem, quod ante triennium discesserit? Paulus respondit, secundum ea quæ proponuntur, expleto tempore post quod Stichus manumitti debuit, libertatem ei competisse.

39. *Idem lib. 5 Sententiarum.*

Cui necessitas probandi de ingenuitate sua non incumbit, ultrò si ipse probare desideret, audiendus est.

§. 1. Qui de ingenuitate cognoscunt, de calumnia ejus qui temerè controversiam movit, ad modum exilii possunt ferre sententiam.

§. 2. Tutores vel curatores pupillorum quorum tutelam et res administraverunt, postea status quæstionem facere non possunt.

§. 3. Maritus uxori, eidemque libertæ, status quæstionem inferre non prohibetur.

40. *Hermogénienus lib. 5 juris Epitomarum.*

Cum pacto partitionis pretii major vi-

De venditis hac lege, ut manumittantur. De eo qui pretium accepit, ut ancillam manumitteret.

Si quis ultrò de ingenuitate sua probare desideret.

De calumnia moventis controversiam status.

De tutoribus.

De viro et uxore.

De eo qui se

venndari pas-
sus est.

ginti annis venalem se præbuit : nec post manumissionem ad libertatem proclamare potest.

41. *Paulus lib. singulari de Articulis liberalis Causæ.*

De probatione.

Si in obscuro sit, in quo fuerit statu is qui pro libertate sua litigat, prior audendus est probare volens se ipsum in libertatis esse possessionem.

De rebus amotis, vel damno facto ab eo qui proclamavit in libertatem.

§. 1. Judex autem qui de libertate cognoscit, etiam de rebus amotis, damnove magno facto cognoscere debet. Fieri enim potest, ut fiducia libertatis et subripere quædam, et corrumpere atque consumere ex bonis eorum quibus serviebat, ausus sit.

42. *Labeo lib. 4 Posteriorum.*

Si is qui perperam liber pronunciat est, postea ejus esse cepit, contra quem fuerat judicatum.

Si servus, quem emerat, ad libertatem proclamavit, et ab iudice perperam pro eo judicatum est, et dominus ejus servi, post rem contra te judicatam te heredem fecit, aut alio quo nomine is tuus esse cœpisset, petere eum tuum esse poteris : nec tibi obstat rei judicatæ præscriptio. Javolenus : hæc vera sunt.

43. *Pomponius lib. 3 Senatusconsultorum.*

De his quæ pronunciantur in libertatem interceptis.

De his qui bona eorum quibus serviebant, interceptissent, deinde ad libertatem proclamabant, Hadrianus imperator rescripsit : cujus rescripti verba hæc sunt, *Sicut non est æquum fiducia libertatis, quæ ex fideicommissi causa præstanda est, interceptis hereditariam pecuniam : ita nec libertati præstandæ moram quæri oportet. Quamprimùm ergo arbitrum dare debeat, apud quem constaret, quid servari potest heredi, antequàm ad servum manumittendum compelleretur.*

44. *Venuleius lib. 7 Actionum.*

De his quæ libertatis causa imponuntur.

Licet dubitatum antea fuit, utrum servus dumtaxat, an libertus jurando patrono obligaretur in his, quæ libertatis causa imponuntur : tamen verius est non aliter quam liberum obligari. Ideò autem solet

avec la convention de partager le prix. Il ne peut pas réclamer l'ingénuité même après l'affranchissement.

41. *Paul au liv. unique des Articles des Instances en matière de Liberté.*

Si l'y a de la difficulté à savoir quel étoit le dernier état de celui qui plaide pour sa liberté, il doit être entendu le premier, s'il offre de prouver qu'il étoit avant l'instance en possession de la liberté.

1. Le juge qui connoit en matière de liberté, peut connoître aussi du vol ou d'un dommage considérable fait par celui qui réclame. Car il peut arriver que, dans la confiance de gagner son procès, le réclamant ait osé voler, détériorer, dissiper les biens de celui sous la servitude duquel il étoit.

42. *Labeon au liv. 4 des Postérieurs.*

Un esclave que vous avez acheté a réclamé sa liberté ; le juge a prononcé en sa faveur, mais injustement. Depuis ce jugement, le maître de cet esclave vous a fait son héritier ; ou cet esclave a commencé de vous appartenir à un autre titre. Vous pouvez le revendiquer de nouveau comme votre esclave, et on ne pourra pas vous opposer l'exception de la chose jugée. Javolenus : cela est vrai.

43. *Pomponius au liv. 3 des Sénatusconsultes.*

Il y a un rescrit de l'empereur Adrien, concernant ceux qui déroboient les biens de ceux sous la servitude de qui ils étoient, et qui ensuite réclamoient leur liberté. Ce rescrit est conçu en ces termes : « Comme il n'est pas juste qu'un esclave dérobe l'argent de son maître dans l'assurance où il est d'avoir la liberté qui lui a été laissée par fideicommiss, il ne faut pas non plus chercher des délais pour accorder cette liberté ». Il faut donc au plutôt nommer un commissaire devant lequel on constatera ce qui doit être conservé à l'héritier, avant qu'il soit contraint d'affranchir l'esclave.

44. *Venuleius au liv. 7 des Actions.*

Quoiqu'on ait ci-devant douté si le serment par lequel celui qui est affranchi s'oblige à remplir vis-à-vis du patron les conditions imposées à sa liberté, obligeoit seulement lorsqu'il étoit fait dans la servitude,

ou depuis l'affranchissement, il est cependant plus conforme aux principes que ce serment ne peut obliger qu'un homme libre. Ce qui fait qu'on exige communément ce serment dans le temps de la servitude, c'est afin d'imposer aux esclaves la nécessité de le réitérer quand ils seront leurs maîtres; mais il faut qu'ils fassent ce serment ou cette promesse au moment même de l'affranchissement.

1. Il est permis à celui qui affranchit d'insérer le nom de sa femme relativement aux dons, aux présens, aux journées de travail qu'il se fait promettre par son affranchi.

2. On donne une action utile pour exiger après la puberté des travaux de celui qui les a promis avec serment étant impubère, pourvu qu'il fût d'un âge compétent pour pouvoir prêter serment; quoiqu'il y ait même des impubères dont on puisse tirer des services: par exemple, si un impubère est nomenclateur ou farceur.

TITRE XIII.

DE CEUX QUI NE SONT POINT

ADMIS A RÉCLAMER LA LIBERTÉ.

1. *Ulpien au liv. 2 du Devoir du proconsul.*

LES majeurs de vingt ans qui se sont laissés vendre pour partager le prix, ne sont exclus du droit de réclamer la liberté qu'autant que le prix leur est parvenu. Un majeur de vingt ans qui s'est laissé vendre pour toute autre cause peut réclamer la liberté.

1. On ne doit pas refuser le droit de réclamer la liberté à un mineur de vingt ans qui s'est laissé vendre, quand même il l'auroit fait pour partager le prix; à moins qu'il ne soit demeuré dans la servitude après l'âge de vingt ans: car si alors il a partagé le prix, il faut décider qu'il ne doit pas être admis à réclamer la liberté.

2. *Marcellus au liv. 24 du Digeste.*

Un particulier a fait violence à Titius pour se faire livrer un esclave, il a ensuite affranchi cet esclave par testament. Quoiqu'il meure solvable, cet esclave ne sera point libre: autrement on feroit tort à Titius, qui peut actionner l'héritier du défunt au moyen de ce que la concession de la liberté

jusjurandum à servis exigere, ut hi religione adstricti, posteaquam suæ potestatis esse cœpissent, jurandi necessitatem haberent: dummodo incontinenti, cum manumissus est, aut juret, aut promittat.

§. 1. Licet autem circa donum, munus, operas, etiam uxorum personas inserere.

§. 2. In eum qui impubes juraverit, scilicet qui et jurare potuerit, danda est utilis actio operarum nomine, cum pubes tamen factus erit: potest tamen et impubes operas dare, veluti si nomenclator sit, vel histrio.

TITULUS XIII.

QUIBUS AD LIBERTATEM

PROCLAMARE NON LICET.

1. *Ulpianus lib. 2 de Officio proconsulis.*

MAJORES viginti annis ita demum ad libertatem proclamare non possunt, si pretium ad ipsum qui venit, pervenerit. Ex cæteris autem causis, quamvis major viginti annis se venundari passus sit, ad libertatem ei proclamare licet.

§. 1. Minori autem viginti annis ne quidem ex causa supra scripta debet denegari libertatis proclamatio: nisi major annis viginti factus, duravit in servitude: tunc enim si pretium partitus sit, dicendum erit denegari ei debere libertatis proclamationem.

2. *Marcellus lib. 24 Digestorum.*

Servum quis per vim à Titio accepit, et testamento liberum esse jussit. Quamquam solvendo decesserit, non erit ille liber: alioquin fraudabitur Titius, qui non procedente quidem libertate, cum herede ejus agere potest; at si ad libertatem servus pervenerit, nullam actionem

De majore,

Vel minore viginti annis qui se venundari passus est.

Si quis servum, quem per vim accepit, testamento liberum esse jussit.

habiturus est : quia nihil videbitur heres ex defuncti dolo consecutus.

3. Pomponius lib. 11 *Epistolarum et variarum Lectionum.*

Dehi qui veniunt se patiuntur, vel ex mulieribus, quæ se venire passæ sunt, nascuntur.

Eis qui se passi sint venire, ad libertatem proclamandi licentiam denegari. Quæro, an et ad eos qui ex mulieribus quæ se passæ sint venire, nascuntur, ista senatusconsulta pertinent? Dubitari non potest, quin ei quoque quæ major annis viginti venire se passa est, ad libertatem proclamandi licentia fuerit deneganda. His quoque danda non est, qui ex ea nati tempore servitutis ejus erunt.

4. Paulus lib. 12 *Quæstionum.*

Si statuliber, aut is cui libertas fideicommissaria debebatur, se vendi passus est.

Licinnius Rufinus Julio Paulo : Is cui fideicommissa libertas debebatur, post vicesimum annum venire se passus est. Quæro denegandum sit ei ad libertatem proclamare? Movet me exemplum cujusvis liberi hominis. Nam etsi consecutus esset libertatem, se vendidisset, denegaretur ei ad libertatem proclamare : nec debet meliori loco intelligi, quòd in servitute constitutus, passus est se venundari, quàm si esset libertatem consecutus. Sed è contrario movet me, quòd in hoc, de quo quæritur, venditio constitit, et est qui veneat : in libero autem homine neque venditio constitit, et nihil est, quoniam veneat. Peto itaque plenissimè instruas. Respondit, venditio quidem tam servi quàm liberi contrahi potest : et stipulatio de evictione contrahitur. Non enim de eo loquimur, qui sciens liberum emit : nam adversus hunc nec ad libertatem proclamatio denegatur. Sed is qui adhuc servus est, etiam invitus veniri potest : quamvis et ipse in eo malus sit, quòd de conditione sua dissimulat ; cum in sua potestate habeat, ut statim ad libertatem perveniat. Quod quidem non potest ei imputari, cui nondum libertas debetur. Pone statuliberum passum se venundari : nemo dicturus est superveniente conditione quæ non fuit in ejus potestate, libertatis petitionem ei denegandam. Idem puto etiam si in ipsius potestate fuit conditio. Sed in proposito magis probandum est,

est nulle ; au lieu que si la concession de la liberté étoit valable, Titius n'auroit plus d'action, parce que l'héritier n'auroit tiré aucun profit de la mauvaise foi du défunt.

5. Pomponius au liv. 11 *des Lettres et des différentes Leçons.*

Les sénatus-consultes portent que ceux qui se sont laissés vendre ne seront point admis à réclamer la liberté. Mais ces sénatus-consultes s'étendent ils aux enfans qui sont nés des femmes qui se sont laissées vendre? Il n'y a pas de doute qu'une femme majeure de vingt ans qui s'est laissée vendre, est aussi dans le cas de n'être point admise à réclamer la liberté. Il ne faut pas non plus accorder ce droit aux enfans qui sont nés d'elle pendant le temps de sa servitude.

4. Paul au liv. 12 *des Questions.*

Licinnius-Rufinus à Julius-Paulus : Un esclave à qui la liberté étoit laissée par fideicommiss s'est laissé vendre après l'âge de vingt ans. Je demande s'il doit être exclus du droit de réclamer la liberté? Ce qui m'arrête, c'est l'exemple de tout homme libre. Car si cet esclave s'étoit laissé vendre après avoir obtenu sa liberté, il ne seroit point admis à la réclamer. Et il ne paroît pas devoir être traité plus favorablement parce qu'il s'est laissé vendre étant en servitude, que s'il l'avoit fait après avoir été affranchi. D'un autre côté, je pense que ces deux cas sont différens, parce que dans l'espèce présente la vente qui a été faite de l'esclave dont il s'agit est valable, et que le sujet a pu être vendu ; au lieu que par rapport à un homme libre la vente est nulle, et n'a aucun objet sur lequel elle puisse frapper. Je vous prie de me donner de plus amples éclaircissemens sur cette question. J'ai répondu : on peut contracter une vente qui ait pour objet une personne libre aussi bien qu'un esclave ; en ce cas la stipulation en cas d'éviction a son effet. Car il n'est point question ici de celui qui achète sciemment une personne libre : puisque vis-à-vis de lui la personne vendue a toujours droit de réclamer la liberté. Mais celui qui est encore en servitude peut être vendu même malgré lui, quoiqu'il y ait fraude de sa part en ce qu'il dissimule son véritable état, puisqu'il ne tient qu'à lui de parvenir sur le champ à la liberté. C'est ce qu'on ne peut point imputer à celui à qui la liberté

n'est pas encore due. Supposez qu'un esclave affranchi sous une certaine condition se laisse vendre avant l'événement de cette condition : on ne dira pas que dans le cas de l'événement de la condition, événement qui n'étoit pas en sa puissance, il doive être exclus du droit de réclamer la liberté. Je pense qu'il en est de même quand on suppose- roit que l'événement de la condition étoit en sa puissance. Mais dans l'espèce proposée, je crois qu'on doit exclure du droit de réclamer celui qui a pu demander sur le champ sa liberté, et qui a mieux aimé se laisser vendre; parce qu'il s'est rendu indigne de la faveur du prêteur qui juge des fidéi- commis.

5. *Le même au liv. unique sur le Sénatus- consulte Claudien.*

Deux personnes ont acheté un homme libre majeur de vingt ans : l'une d'elles con- noissoit sa condition, l'autre l'ignoroit. Ne peut-il pas réclamer sa liberté, parce qu'un des acheteurs a connu sa condition? ou devient-il nécessairement esclave, parce que l'autre l'a ignorée? Il ne sera pas l'esclave de celui qui a connu sa condition, mais seulement de celui qui l'a ignorée.

TITRE XIV.

DE CELUI QUI A ÉTÉ DÉCLARÉ INGÉNU.

1. *Marcellus au liv. 7 du Digeste.*

Si l'affranchi d'un particulier a été dé- claré ingénu par un jugement intervenu sur une contestation qu'il a eue avec un autre que son véritable patron, son véritable patron pourra former la même demande contre lui sans qu'on puisse lui opposer de pres- cription.

2. *Saturmin au liv. 1 du Devoir du pro- consul.*

L'empereur Adrien a ordonné qu'un ma- jeur qui se seroit laissé vendre pour par- tager le prix seroit exclus du droit de ré- clamer la liberté. Cependant il a permis en certain cas d'exercer ce droit en rendant le prix.

1. On ne peut être admis à réclamer l'in- génuité de l'état d'affranchi que dans les cinq ans de l'affranchissement.

ut denegetur ei libertatis petitio, qui po- tuit petere libertatem, et maluit se venun- dari : quia indignus est auxilio prætoris fideicommissarii.

5. *Idem lib. singulari ad Senatuscon- sultum Claudianum.*

Si duo liberum hominem majorem an- nis viginti emerimus, unus sciens ejus con- ditionem, alter ignorans: an non propter eum qui scit, ad libertatem ei proclamare permittitur, sed propter eum qui ignorat, servus efficietur? Sed non etiam ejus qui scit, sed tantum alterius.

De duobus
emptoribus ho-
minis liberi.

TITULUS XIV.

SI INGENUUS ESSE DICETUR.

1. *Marcellus lib. 7 Digestorum.*

Si libertus alterius alio agente ingenuus pronunciatum esse dicetur, sine ulla ex- ceptione temporis, patronus ejus cogni- tionem solet exercere.

De re inter
alios judicata.

2. *Saturmin lib. 1 de Officio pro- consulis.*

Qui se venire passus esset majorem, scilicet ut pretium ad ipsum perveniret, prohibendum de libertate contendere di- vus Hadrianus constituit: sed interdum ita contendendum permisit, si pretium suum reddidisset.

De eo qui se
venire passus est.

§. 1. Qui se ex libertinitate ingenuitati adserant, non ultra quinquennium, quam manumissi fuissent, audientur.

De quinquennio.

§. 2. Qui post quinquennium reperisse instrumenta ingenuitatis suæ adseverant, de ea re ipsos principes adire oportere cognituros.

3. Pomponius lib. 5 *Senatusconsultorum*. Hoc sermone, *agnitis natalibus*, de nullis aliis intelligendum est senatum sensisse, quàm ingenuis.

Interpretatio
verborum agni-
tis natalibus.

De relinquen-
dis manumissi-
ori.

§. 1. Verbo autem, *relinquerent*, etiam hoc intelligendum est, ut quæcunque ex re ejus, à quo manumissi erant, adquisita habeant, restituant. Sed id quemadmodum accipiendum sit, videndum est: utrumne quæ ignorantibus dominis abstulissent, item quod ex his adquisitionem reddere debeant; an verò etiam concessa et donata à manumissoribus amplexi sint? Quod magis est.

De quinquennio.

4. Papinianus lib. 22 *Quæstionum*. Oratio quæ prohibet apud consules aut præsides provinciarum post quinquennium à die manumissionis in ingenuitate proclamare, nullam causam aut personam excipit.

De re inter
alios judicata.

5. *Idem* lib. 10 *Responsorum*. Patronum post quinquennium sententiæ pro ingenuitate dictæ, quo ignorante res judicata est, non esse præscriptione temporis summovendum, respondi.

De quæstione,
an sit libertus,
vel an sit illius
libertus.

6. Ulpianus lib. 38 *ad Edictum*. Quotiens de hoc contenditur, an quis libertus sit: sive operæ petantur, sive obsequium desideretur, sive etiam famosa actio intendatur, sive in jus vocetur, qui se patronum dicit, sive nulla causa interveniat, redditur præjudicium. Sed et quotiens quis libertinum quidem se confitetur, libertum autem Gaii Seii se negat: idem præjudicium datur. Redditur autem alterutro desiderante: sed actoris partibus semper, qui se patronum dicit, fungitur, probareque libertum suum necesse habet: aut si non probet, vincitur.

2. Ceux qui disent avoir recouvré depuis les cinq ans des actes qui prouvent leur ingénuité doivent s'adresser directement au prince qui en prendra connoissance.

3. Pomponius au liv. 5 des *Sénatus-consultes*. Par ces mots, lorsqu'on aura reconnu leur naissance, les sénatus-consultes n'entendent parler que de ceux qu'on aura reconnu pour ingénus.

1. Par ces termes, auroient laissé, il faut entendre que ceux qui sont déclarés ingénus doivent restituer tout ce qu'ils ont acquis en administrant les biens de ceux qui les ont affranchis. Mais quel sens faut-il donner à ces paroles? ceux qui sont déclarés ingénus doivent-ils rendre seulement ce qu'ils ont pris à ceux par qui ils ont été affranchis, et ce qu'ils ont acquis avec les choses qu'ils ont prises? ou doivent-ils rendre encore ce que ces personnes leur auroient accordé et donné? C'est ce qui paroît le plus juste.

4. Papinien au liv. 22 des *Questions*. L'ordonnance qui défend de réclamer l'ingénuité devant les consuls ou les présidens des provinces après les cinq ans du jour de l'affranchissement, s'étend à toutes les clauses de réclamation et à toutes les personnes qui veulent réclamer.

5. Le même au liv. 10 des *Réponses*. J'ai répondu qu'un véritable patron ne devoit pas être exclus du droit de revendiquer son affranchi, même après les cinq ans du jour que cet affranchi a été déclaré ingénu, si ce jugement s'est rendu à son insu.

6. Ulpien au liv. 38 sur l'*Edit*. Il y a lieu à l'action préjudicielle toutes les fois qu'on met en question si quelqu'un est affranchi, soit qu'on veuille lui demander des ouvrages ou exiger de lui des soumissions, soit qu'il s'agisse d'intenter une action infamante ou d'assigner en justice celui qui prétend être patron. Cette même action a lieu toutes les fois que quelqu'un convient bien d'être de la condition des affranchis, mais qu'il nie être l'affranchi d'un tel, par exemple de Gaius-Séius. Ce jugement se rend sur la requête de l'un ou de l'autre; mais c'est toujours celui qui se prétend patron qui tient la place du deman-

deur : c'est à lui à prouver qu'un tel est son affranchi; s'il ne le prouve pas il suc-combe.

TITRE XV.

ON NE DOIT POINT ÉLEVER

DE QUESTION

Sur l'état des défunts cinq ans après leur décès.

1. *Marcien au liv. unique des Délateurs.*

ON ne peut point élever de question sur l'état des défunts cinq ans après leur décès, ni au nom des particuliers ni au nom du fisc.

1. On ne doit pas même agiter de question sur l'état d'un homme dans les cinq ans de sa mort, si par l'événement des recherches qu'il faudroit faire à son sujet, l'état d'un autre mort depuis plus de cinq ans devoit souffrir quelque préjudice.

2. Il y a plus, on ne doit point élever de question sur l'état même d'un homme vivant, si l'état d'un autre mort depuis plus de cinq ans doit en souffrir. Il y a une constitution de l'empereur Adrien qui l'ordonne ainsi.

3. Il y a des cas où on ne peut pas élever de question sur l'état d'un défunt même dans les cinq ans du jour de sa mort : car l'ordonnance de l'empereur Marc-Aurèle porte cette disposition : « Si quelqu'un a été prononcé ingénu, ce jugement pourra être rétracté, mais seulement de son vivant et non après sa mort. Au point même que si l'instance en rétractation étoit commencée, elle seroit périmée par la mort, comme le porte la même ordonnance ».

4. Si on veut revenir sur un tel jugement pour en faire porter un plus défavorable, il faut s'y opposer, comme on vient de le dire. Mais si on revenoit contre le jugement pour en obtenir un plus favorable, par exemple pour faire déclarer affranchi celui qui a été jugé esclave, pourquoi n'y seroit-on pas admis? Supposons qu'on prétende qu'un homme est esclave comme étant né d'une femme esclave qui seroit morte depuis plus de cinq ans, pourquoi ne l'admettroit-on

TITULUS XV.

NE DE STATU DEFUNCTORUM

POST QUINQUENNIIUM QUÆRATUR.

1. *Marcianus lib. singulari de Delatoribus.*

DE statu defunctorum post quinquennium quærere non licet, neque privatim, neque fisci nomine.

De privatis et fisco.

§. 1. Sed nec ejus status retractandus est, qui intra quinquennium decessit, si per hujus quæstionem præjudicium futurum est ante quinquennium mortuo.

Si per alterius quæstionem fiat præjudicium ei, quæ ante quinquennium decessit, si ingenuus pronunciatu esse dicetur.

§. 2. Imò nec de vivi statu quærendum est, si quæstio hujus præjudicium facit ei qui ante quinquennium decessit. Et ita divus Hadrianus constituit.

§. 3. Sed interdum et intra quinquennium non licet de statu defuncti dicere. Nam oratione divi Marci cavetur, ut si quis ingenuus pronunciatu fuerit, liceat ingenuitatis sententiam retractare : sed vivo eo qui ingenuus pronunciatu est, non etiam post mortem; in tantum, ut etiam si cœpta quæstio fuit retractationis, morte ejus extinguatur, ut eadem oratione cavetur.

§. 4. Si quidem in deteriorem conditionem quis statum retractaret, secundum ea quæ dixi, præscribendum est. Quid ergo si in meliorem; veluti pro servo libertus dicatur, quare non admittatur? Quid enim si servus quis dicatur, quasi ex ancilla natus, quæ ante quinquennium mortua est? quare non liceat probare liberam fuisse : hoc enim et pro mortua est? Et Marcellus libro quinto de officio consulis scripsit posse. Ego quoque in

De retractatione in deteriorem, vel meliorem conditionem.

auditorio publico idem secutus sum.

2. *Papinianus lib. 14 Responsorum.*

De filiis ejus, cujus memoria non fuit retractata.

Non esse libertatis quæstionem filiis inferendam propter matris, vel patris memoriam post quinquennium à morte non retractatam convenit.

De pupillis.

§. 1. Nec in ea re quæ publicam tutelam meruit, pupillis agentibus restitutionis auxilium tribuendum est, quòd quinque annorum tempus, cum tutores non haberent, excesserit.

De lite ante mortem illata.

§. 2. Præscriptio quinque annorum, quæ statum defunctorum tuetur, specie litis ante mortem illatæ non fit irrita, si veterem causam, desistente qui movit, longo silentio finitam probetur.

3. *Hermogenianus lib. 6 juris Epitomarum.*

De retractatione in meliorem conditionem.

Ante quinquennium defunctorum status honestior, quam mortis tempore fuisse existimabatur : vindicari non prohibetur. Idcirco etsi quis in servitute moriatur, post quinquennium liber decessisse probari potest.

4. *Callistratus lib. 1 de Jure fisci.*

De edicto divi Nerva.

Primus omnium divus Nerva edicto vetuit, post quinquennium mortis cujusque de statu quæri.

De quæstione nummaria.

§. 1. Sed et divus Claudius Claudiano rescripsit, si per quæstionem nummariam præjudicium statui videbitur fieri, cessare quæstionem.

pas à prouver que sa mère étoit libre, car ceci est même favorable à la défunte ? Marcellus, au livre cinq du devoir du consul, écrit que cela se peut faire. J'ai suivi ce même avis dans l'auditoire public.

2. *Papinien au liv. 14 des Réponses.*

Il ne convient pas d'élever de question sur la liberté des enfans, afin de ne pas porter atteinte à la mémoire des pères et mères qui sont morts depuis plus de cinq ans jouissant de l'état de liberté.

1. Dans cette matière (de la liberté), qui a mérité la protection du gouvernement, si des pupilles se présentent pour élever une question d'état après les cinq ans de la mort, on ne doit pas leur accorder de restitution en entier, sous le prétexte que pendant ces cinq ans ils n'ont point eu de tuteurs pour agir en leurs noms.

2. Cette prescription de cinq ans, qui conserve l'état des défunts, n'est pas annullée même par une contestation formée avant la mort, si on prouve que cette instance s'est éteinte par le long silence de celui qui l'avoit formée et qui s'en est dé-sisté.

3. *Hermogénien au liv. 6 de l'Abregé du droit.*

On pense qu'un homme mort depuis plus de cinq ans avoit une naissance plus honnête que celle qu'on lui a connue lors de sa mort ; on peut la revendiquer pour lui. Ainsi, quoiqu'un homme soit mort dans l'état de servitude, on est admis à prouver cinq ans après sa mort qu'il étoit libre.

4. *Callistrate au liv. 1 du Droit du fisc.*

L'empereur Nerva est le premier qui a défendu d'élever de question sur l'état d'un défunt cinq ans après sa mort.

1. L'empereur Claude a aussi adressé à Claudien un rescrit conçu en ces termes : « Si la question que vous élevez pour une somme d'argent doit porter préjudice à l'état du défunt, cette question cesse ».

TITRE XVI.

DU CAS OU ON DÉCOUVRE

LA COLLUSION

Entre les parties qui sont en instance en matière de liberté.

1. *Gaius au liv. 2 sur l'Edit du préteur urbain, au titre des Instances en matière de Liberté.*

POUR empêcher que la trop grande bonté de certains maîtres envers leurs esclaves, en permettant qu'ils réclament l'ingénuité et qu'ils soient prononcés libres, ne remplit le sénat de sujets indignes, on a fait, au temps de l'empereur Domitien, un sénatus-consulte, qui porte, » que si quelqu'un prouve que pareille chose se soit faite par collusion, si l'homme déclaré libre étoit véritablement esclave, il deviendra l'esclave de celui qui aura découvert la collusion ».

2. *Ulpian au liv. 2 du Devoir du consul.*

L'empereur Marc-Aurèle a décidé dans une constitution, que cette collusion pourroit être découverte et prouvée dans les cinq ans du jour du jugement qui a prononcé l'ingénuité.

1. Ces cinq ans doivent être comptés par jours continus.

2. Mais si l'âge de celui à qui on reproche la collusion demande que la discussion des preuves soit différée jusqu'au temps de la puberté, ou jusqu'à un autre temps, les cinq ans ne courent pas.

3. Je pense que ce terme de cinq ans est fixé pour commencer la contestation et non pour la terminer. Ainsi il n'en est pas de ces cinq ans comme du terme qui est fixé pour de l'état d'affranchi revendiquer l'ingénuité.

4. L'ordonnance de Marc-Aurèle porte que les personnes même étrangères aux parties, et qui ont droit de postuler pour autrui sont admises à découvrir et à prouver la collusion.

3. *Callistrate au liv. 4 des Jugemens en connoissance de cause.*

Si quelqu'un est prononcé ingénu sans avoir eu un légitime contradicteur, le jugement est sans effet et regardé comme non-venu. Les constitutions des princes le décident ainsi.

Tome VI.

TITULUS XVI.

DE COLLUSIONE

DETECENDA.

1. *Gaius lib. 2 ad Edictum prætoris urbani, titulo de liberati Causa.*

NE quorundam dominorum erga servos nimia indulgentia inquinaret amplissimum ordinem, eo quod paterentur servos suos in ingenitatem proclamare, liberosque judicari : senatusconsultum factum est Domitiani temporibus, quo cautum est, *ut si quis probasset per collusionem quicquam factum, si iste homo servus sit, fieret ejus servus qui detexisset collusionem.*

Ratio et summa senatusconsulti.

2. *Ulpianus lib. 2 de Officio consulis.*

Collusionem detegere ingenuitatis post sententiam intra quinquennium posse divus Marcus constituit. De quinquennio

§. 1. Quinquennium autem continuum utique accipimus.

§. 2. Sicubi planè ætas ejus, cujus retractatur collusio, differendam retractationem in tempus pubertatis, vel alterius rei suadet : quinquennium non curere dicendum est.

§. 3. Quinquennium autem non ad perficiendam retractationem, sed ad inchoandam puto præfinitum : aliter atque circa eum, qui ex libertinitate se in ingenitatem petit.

§. 4. Oratione divi Marci cavetur, ut etiam extraneis qui pro altero postulandi jus haberent, liceret detegere collusionem. De extraneis.

3. *Callistratus lib. 4 de Cognitionibus.*

Cum non justo contradictore quis ingenuus pronunciatum est, perinde inefficax est decretum, atque si nulla judicata res intervenisset. Idque principalibus constitutionibus cavetur. De injusto contradictore.

4. *Ulpianus lib. 1 ad Legem Juliam et Papiam.*

De statu ejus, qui per collusionem dicitur pronunciatuſ ingenuus.

Si libertinus per collusionem fuerit pronunciatuſ ingenuus, collusionem detecta, in quibusdam causis quasi libertinus incipit esse. Medio tamen tempore, antequam collusio detegatur, et post sententiam de ingenuitate latam, ulique quasi ingenuus accipitur.

5. *Hermogenianus lib. 5 juris Epitomarum.*

De retractatione sententiæ pro ingenuitate

Si plures ad detegendum accedant.

Sententiam pro ingenuitate dictam, et collusionis prætextu semel retractare permittitur.

§. 1. Si plures ad collusionem detegendam pariter accedant, causa cognita, quis debeat admitti, comparatis omnium moribus et ætatibus, et cujus magis interest, statui oportet.

4. *Ulpian au liv. 1 sur la Loi Julia et Papia.*

Si un affranchi a été, par collusion de la part de son patron, prononcé ingénu, la collusion étant découverte et prouvée, il est regardé en certaines choses comme affranchi. Cependant dans le temps intermédiaire entre la sentence qui prononce l'ingénuité et la découverte de la collusion, il est toujours regardé comme ingénu.

5. *Hermogénien au liv. 5 de l'Abbrégé du droit.*

On ne peut revenir qu'une seule fois, sous prétexte de collusion, contre un jugement qui prononce l'ingénuité.

1. Si plusieurs se présentent en même temps pour prouver la collusion, on examinera en connoissance de cause lequel mérite la préférence, et on se décidera par la comparaison des mœurs, de l'âge, et surtout par la considération de celui qui a un plus grand intérêt à faire cette preuve.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER QUADRAGESIMUS PRIMUS.

DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE QUARANTE-UNIÈME.

TITULUS PRIMUS.

DE ADQUIRENDO RERUM

DOMINIO.

1. *Gaius lib. 2 Rerum cottidianarum, sive aureorum.*

De jure gentium et civili.

QUARUNDAM rerum dominium nanciscimur jure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræquè servatur: quarundam jure civili, id est jure proprio civitatis nostræ. Et quia antiquius jus gentium cum ipso genere humano proditum est, opus est, ut de hoc prius referendum sit.

TITRE PREMIER.

DES MANIÈRES D'ACQUÉRIR

LE DOMAINE DES CHOSSES.

1. *Gaius au liv. 2 du Journal, ou des Choses remarquables.*

IL y a des choses dont nous acquérons le domaine par le droit des gens, que les lumières de la raison naturelle font également observer par tous les hommes, et d'autres que nous acquérons par le droit civil, c'est-à-dire par des manières qui sont propres à notre gouvernement. Et comme le droit des gens est le plus ancien, puisqu'il a pris nais-